

A temporibus Pipini, pié & fideliter Episcopi munus faciens annis undecim, Obiit anno Christi 767.

7. David pius, sapiens ac honestissimus, eligitur à superstitiè adhue Pipino rege anno 767. Præfuit 8. annis laudabiliter & optime, Carolo Magno Galliarum regi chariss. à quo Ecclesia Spirensis plurimum illustrata, & liberalissimè dotata est. Obiit anno 775.

8. Sigevinus, aliis Vvigevinus, præfuit Nemetibus anno Domini 775. à Carolo Magno Galliarum rege: præfuit 27. annis. Obiit anno 802.

9. Atho, vel *Ortho*, fidelis populi sui concionator, successit Sigevino iussu Caroli Magni Imperatoris: præfuit laudabiliter octo annis. Obiit anno 810.

10. Freydo, Carolo Magni Imp. imprimis charus constituitur Episcopus Nemetum anno Dom. 810. Consecutus est à Carolo Imp. insignia privilegia, quorum originalia habentur adhuc in Ecclesia Spirensi. Præfuit quatuor tantum annis, obiit an. Dom. 814.

11. Benedictus successit Freydoni, electus & designatus Nemetum Episc. ab Imp. Ludovico Pio. Præfuit sanctè & prudentissimè annis 8. emigravit ex hac vita an. Christi 822. Intrauit anno Dom. 820. Synodo, quam pio reformandæ Ecclesiæ studio, Ludovicus pius ex omnibus Germaniæ Episcopis ac Abbatibus congregari petierat apud Aquiligranum.

12. Hertinus eligitur in locum mortui Benedicti: præfuit annis octodecim, mensibus 4. est alii catholici alios habeant annorum numeros. Obiit an. Christianæ redemptionis 841.

13. Gebhardus, aliis *Eberhardus*, constituitur Episcopus anno Christi 848. cum vacasset sedes Episcopalis 7. annis post mortem Hertini. Interfuit Concilio Moguntinæ in Cœnobio S. Albani celebrato ab Archiepisc. Rabano, in quo damnata est Heresim Godefridici. Præfuit quindecim saltem mensibus, & captus ab aliquibus Comitibus, primùm oculis privatur, postea miserè aliquali tractatur, trucidatur tandem quarta Decembris anni Christianorum 849. propterea quod persuasisset eorum cognato, Comiti cuidam Theobaldo, ut sua quedam prædia donaret Ecclesiæ Nemetum.

14. Godefridus eligitur an. Christi 881, cum vel vacasset Episcopatus annis triginta duobus, vel alii interim Episcopos etiam præfuerint, quorum nomina (ut credibile est) ad nostram notitiam non pervenerunt. Præfuit Godefridus iste tribus tantum annis, & emigravit ex hoc mortali sæculo, anno Dom. 884.

15. Aynhardus successit, & præfuit annis sex fideliter & utiliter: evocatur ex hac vita ad meliorem, an. Dom. 890.

16. Amelricus monachus antea Vveissenburgensis, vir eximie doctus ac religiosus, eligitur anno 890. præfuit duobus annis & quatuor mensibus. Dicuntur ejus scripta adhuc extare in Spirensi partim, partim verò Vvissenburgensi Bibliotheca. Obiit an. Christi 893.

17. Bernhardus, aliis *Gebhardus*, ex eodem monasterio assumptus, anno Domini 894. Præfuit laudabiliter ac utiliter octodecim annis. Et anno Domini 913. à duobus Comitibus Bernhardo & Conrado capitur, & primùm excoletus, miserè tandem trucidatur: Ratio verò hujus facti nusquam redditur ab Annalium scriptoribus.

18. Amelricus II. quem aliqui tamen *Almericum* vocant successit Bernhardo. Præfuit Episcopatu prudenter ac utiliter, uno & triginta annis: fuit tribus Imperatoribus Conrado Saliquo, Henrico Aucupi & Othoni Magno charissimus, à quibus Episcopatus Nemetum plurimum auctus & locupletatus est. Obiit Episcopus iste anno Christianæ redemptionis 943.

19. Reginobaldus constituitur ab Othone Magno, tum adhuc rege, in Episcopum Nemetum, ex Monacho Hirsaugiensis. Erat vir doctus, præcipuè verò Sacrarum Scripturarum insignis Magister, vir autem innocentissimè ac religiosissimè. Præfuit summa cum laude annis quindecim. Donatur sub eo, Ecclesia Nemetum liberalissimè, decimis, redditibus, vectigalibus, potestate item eundem monetam, ac aliis urbis Nemetum jurib. cum consensu Othonis Imperatoris, à Conrado Francorum & Sveviæ duce. Hæc donatio facta est anno Dom. 946. Obiit 13. Octobris an. Dom. 958.

20. Godefridus doctus, sapientissimus & laudatissimè vite ac conversationis, monachus Vvissenburgensis, summis pariter & infinis omnibus charissimus: eligitur unanimi totius cleri Nemetum consensu, præfuit mensibus 15. tantum, & aliquot diebus, & emigravit ex hoc sæculo, cum summo totius & cleri & populari iussu, an. Dom. 959. Regino habet annum 960.

21. Odogarius evocatur ex Hornbacensi Benedictinorum E. Cœnobio ad gubernationem Nemetum Episcopatus, ab ipso Othone Magno Imp. cui jam diu in maximis Imperii negotiis & consilio & sapientia sua servierat, ac profuerat summe; ac cum eo in Italiam terribi profectus, cum multa ibi perperis esset, rediit, & obiit anno 969.

22. Baldericus subrogatur consensu totius cleri an. Dom. 970. est Vverimbaldus quidam monachus eximie doctus ac religiosus, ex Hirsaugiensis cœnobio ad gubernandum Episcopatum Nemetum summis precibus invitatur, qui vocanti Nemetum clero parere omnino nolens, sic respondisse legitur: Se, si mundo servire voluisset, in hanc monasticæ vite solitudinem venire non voluisset: eligerent ergo Episcopum quem velent, se id onus gubernationis suscipere nec velle nec posse. Præfuit Baldericus 17. annis & piè & laudabiliter, rerum gerendarum usui peritæque longè maximus. Sub hoc Episcopo ceperunt Canonici Nemetum (quemadmodum etiam Vvornacienses ac Moguntini eodem tempore fecerant) monasticæ vite professione abjecta, seculari fieri, foris habitare, ac propria habere, & annuos prevalens inter se distribuere. Deceffit ex hac vita an. Christianæ salutis 987.

23. Rupertus monachus Vveissenburgensis, & majorum imaginibus & propria virtute clarus, varia etiam doctrina conspicuus, eligitur concordibus totius tenatus Canoniconum suffragiis in Episcopum Nemetum, an. Domini 987. Gubernavit Ecclesiam illam feliciter & utilissimè annis 18. Imperavit insignia privilegia ab Othone III. an. 989. mortuus est an. 1005.

24. Vvaltherus, aliis *Vvaltharius*, eligitur unanimi totius Nemetum cleri consensu in successorem Episcopi Ruperti: præfuit prudenter & utiliter 26. annis. Hunc an. Christi 1006. liberalissimè donavit S. Henricus Imp. primus, ab Electoribus designatus. Obiit an. 1031.

25. Sigefridus successit Vvalthero: præfuit undecim saltem mensibus. Obiit an. Dom. 1032. Is qua confirmationem, morte præventus, non est conquisitus, aliqui eum non inferendum huic Catalogo censent.

26. Reginerus præfuit duobus saltem mensibus, & ex hac vita emigravit vigesima Junii, an. Dom. 1032.

27. Reginobaldus Abbas prius ad S. Ulricum in Vindelico-rum Augusta cum doctus tum religiosissimus: vocatur unanimi consensu totius Capituli ad Episcopatus gubernationem, an. Dom. 1032. Præfuit laudabiliter ac utilissimè octo penè annis. Obiit eodem an.

28. Siegobotho, aliis *Sibicho* dictus, successit an. Dom. 1039. Præfuit ac profuit annis undecim. Obiit an. Chr. 1051. decima sexta Februarii.

29. Arnoldus, aliis *Arnolobus*, eligitur à toto clero urbis Nemetum anno salutis 1051. præfuit annis quatuor. Obiit an. Domini 1055.

30. Conradus eligitur à toto clero urbis Nemetum, præfuit duobus tantum annis ac mensibus 10. Obiit an. 1058.

31. Einhardus II. hujus nominis, Abbas Cœnobii Lymburgensis, postulat & eligitur à consentiente clero urbis Nemetum ad gubernandum Episcopatum an. 1058. Præfuit benè & laudabiliter novem annis, egregiè augens, illustrans ac amplians Episcopatum diligentissima Oeconomiæ administratione. Consequens est ab Henrico IV. omnium privilegiorum, à precibus Imperatoribus & regibus acceptorum, confirmationem. Obiit tandem 23. Febr. an. Dom. 1067.

32. Henricus nobilissimo genere natus, Canonicus Goslaris, commendatur Ecclesiæ Nemetum ab Imp. Henrico IV. cum quo à pueris erat educatus, tam studiosè, ut lenatus Canoniconum non posset se illi opponere. Præfuit autem 8. annis, omnia Episcopatus bona, summo studio ab antecessoribus suis collecta & congesta, & miserè obligurians & prodigaliter dilapidans: decessit tandem inopinatè morte 29. Decem. an. 1075.

33. Rugekerus vir iustus ac pius, eligitur unanimi totius cleri consensu in patria sue Episcopum, ac supremum pastorem. Confirmatur assensu Rom. Pont. ab Imper. Henrico IV. Præfuit ac profuit annis quindecim fideliter & feliciter, recusans que ab antecessore neglecta & dilapidata erant. Deceffit ex hac mortali vita optimis Antifites, an. Dom. 1090.

34. Joannes eligitur in summum Ecclesiæ Spirensis pastorem, an. Christi 090. Præfuit periculoso tempore, prudentissimè laudabiliter ac utilissimè annis 15. in quibus Episcopatum Spirensis egregiè illustravit, donavit, auxit & ditavit: obiit an. 1104.

A 35. Gebhardus Comes Auracensis, ex Canonico Argentinensi, primùm monachus Hirsaugiensis, ex monacho Prior, ex Priore ejusdem loci tandem Abbas factus, præfuit laudabiliter ac utilissimè magnifico S. Aureli cœnobio 14. an. & mensibus 3. Postea ad Episcopatus Spirensis gubernationem vocatur unanimi totius cleri consensu, an. Dom. 1105. præfuit 4. annis & 10. mens. semper adversè laborans valetudine. Is Episc. gubernationis satis negligens, multa ibi passus est detrahi & abradi de juribus Episcopatu à vetustis olim Regibus ac Imperatoribus in urbem Spirensis concessis. Obiit an. Domini 1110.

36. Bruno sapientissimus vir, eligitur in Gebhardi Episcopoli locum, anno Dom. 1110. commendatus clero Spirensi ab Imp. Henrico V. Is duodecim annis præfuit. Obiit 19. Octob. anni à nato Christo 1123.

37. Arnolphus Abbas Corbejæ in Saxonibus, Henrico V. ut plurimum utilis, ita longè etiam charissimus, præfuit ab eo Abbatie Laurifensis, ut ei ad Rhenum frequenter habitanti vicinior esset, & consilio subinde adesset. Subrogatur Brunoni defuncto, non tamen sine consensu totius Canoniconum Spirensium senatus, an. 1123. Præfuit quatuor tantum annis: obiit anno 1127.

B 38. Sigefridus II. Comes de Leyningen, successit Episcopo Arnolpho, consensu totius capituli Spirensis, an. 1127. Præfuit 15. annis. Obiit anno 1142.

39. Guntherus Comes de Leyningen, successit cognato suo Episcopo Sigefrido, electus unanimi consensu totius Canoniconum Spirensium senatus, anno Dom. 1142. Præfuit laudabiliter ac utilissimè annis 14. fuit Imperatoribus Conrado II. & Frederico Barbarossa charissimus. Obiit 17. Septembrium, an. Dom. 1156.

40. Uldaricus nobilis heros à Durnunz, eligitur in Episcopum Spirensis anno Dom. 1156. præfuit 12. annis, amisit multa Ecclesiæ privilegia. Obiit an. Dom. 1168. in Italia peste correptus, quæ horribilibus modis grassabatur, in castris Imperatoris Frederici Barbarossæ, gravi obfatione Romam impingens.

41. Godefridus II. eligitur unanimi consensu totius cleri post nunciatum Episcopi Uldarici mortem. Præfuit decem annis. Obiit anno Dom. 1178. Sunt qui & hunc in Italia ex hac vita emigrasse affirmant.

C 42. Conradus secundus, eligitur in successorem Antifitis Godefridi concordibus totius capituli suffragiis, anno Domini 1179. Præfuit quinque annis: valedixit isti mortali vite anno gratæ 1184.

43. Rapotho, vel Rabodo, vir prudentissimus, subrogatus est Episcopo Conrado unanimi sententia totius cleri: præfuit quatuor tantum annis. Migravit ex hoc calamitose sæculo, anno salutis 1188.

44. Uldaricus secundus successit. Præfuit quemadmodum & antecessor ejus quatuor tantum annis. Construxit arcem Bruxellensem. Obiit anno 1192.

45. Otho Comes Hennenbergensis, successit Uldarico Episcopo: Præfuit septem annis. Et quia senio planè confectus & valde valetudinarius esset Episcopus, assumptus cum totius Canoniconum suorum senatus consensu in coadjutorem, prudentissimum Episcopum Metensem, Conradum Baronem de Scharffenegg, anno Domini 1199. Vixit postea annis adhuc tribus, & obiit anno gratæ 1202.

46. Conradus III. Episcopus antea Metensis, & Philippi Imperatoris Cancellarius, vir prudentissimus: assumitur in administratorem & coadjutorem ab Episcopo Othone, anno Dom. 1199. cum consensu Capituli. Postea anno Domini 1202. decedente ex hac vita Episcopo Othone, in ejus locum plenè eligitur & confirmatur, resignata tamen Metensis Ecclesiæ gubernatione. Præfuit Spire benè ac utiliter annis 22. Obiit postea duodecim Decemb. anni à nato Christo 1224.

47. Berengerius, vel Beringerus, assumitur ab Episcopo Conrado in coadjutorem anno Dom. 1220. & cum sapienter & utiliter præfuisse vivente adhuc Conrado quatuor annis, electus est mortuo Conrado Episcopo in verum Ecclesiæ Spirensis Antifitem, anno 1224. Præfuit iterum fidei & verè paternæ gubernatione ac cura an. 8. mensibus quinque. Deceffit ex hac mortali vita in die S. Andree, anno salutis 1232.

48. Conradus IV. nobilis à Thann: successit Episcopo Berengerio, anno Domini 1233. Præfuit utiliter quatuor annis. Obiit anno Domini 1237. vir admodum religiosus & Oeconomus fidelissimus.

49. Conradus V. Comes ab Eberstein: omni genere optimarum virtutum illustris, eligitur unanimi consensu totius Canoniconum summi Collegii senatus, in die S. Agneis, an. à nato Chr. 1238. Præfuit annis 8. utilissimè. Obiit anno 1245.

50. Henricus II. assumitur in Antifitem Spirensis, precibus & intercessione Imp. Frederici II. Præfuit in cum prudentissimè nun utilissimè viginti septem annis. Obiit decima octava Decemb. anni à nato Christo 1272.

51. Fridericus Baro à Bolanden, Episcopi Henrici è sorore nepos, eligitur ab unanimiter consentiente clero summi collegii Spirensis in Episcopum, statim post mortem Henrici. Præfuit annis 30. Fuit Rudolpho Habsburgio Imperatori imprimis charus. Obiit tandem decima octava Januarii, anni à nato Christo 1302.

52. Sibotho Baro à Liechtenberg, in Allatia successit Friderico legitime electus in Episcopum Spirensis ab universo clero. Præfuit 12. annis laudabiliter: fuit justitiæ & æquitatis promotor ac defensor acerrimus, iniquitatis verò, violentiæ ac injuste tyrannidis hostis etiam ac vindex severissimus. Deceffit ex hac mortali vita anno 1314.

53. Emicho constituitur Episcopus Spirensis. Deceffit ex hac hac vita anno Domini 1328. decima nona Aprilis.

54. Bertholdus, sapientia & virtute præditus insigni: postulatur ad Spirensis Ecclesiæ gubernationem, mortuo Emichone, à toto Capitulo. Præfuit 11. mensibus, & ad Argentinensium Episcopatus clavam vocatus, Spirensis Ecclesiam liberè & cum summa gratiarum actione Senatui ejus loci Canoniconum resignavit, an. 1329. De hoc Episcopo, plura vide in *Argentinensibus*.

55. Vvaldramus Comes à Feldentz, eligitur à clero summi collegii Spirensis in Episcopum an. Dom. 1329. Præfuit sex annis, & aliquot mensibus. Erat homo semper ferè valetudinarius. Obiit autem paucis mensibus post depositum gubernationis onus, anno videlicet 1336. quinta Septembrium.

56. Baldrinus Comes à Lutzelberg, Imperatoris Henrici VII. germanus frater, Archiepiscopus Treverensis, & aliquandiu etiam Moguntinus, S. Rom. Imp. Princeps Elector, Episcopus etiam Vvornaciensis: quibus amplissimis dignitatibus omnibus summa fide & laude præfuit utilissimè.

57. Gerhardus, Canonicus omnino adhuc juvenis, sed eximia virtute præditus: nondum capitularis aut summo Canoniconum Senatui insertus, eligitur post mortem Vvaldrami, & resignationem Archiepiscopi Baldrvini, unanimi consensu totius Capituli in Episcopum Spirensis, an. Domini 1337. Præfuit laudabiliter ac utilissimè viginti sex annis, in eodem uno, diebus 4. Deceffit ex hoc calamitose sæculo, vigesima octava Decembrium, anni à nato humani generis Salvatore 1363.

58. Lambertus nobilis è Buren, vel Burnen, in Allatia intruditur ab Imp. Carolo IV. & Pontifice Urbano V. contra Canonice electionem, in qua unanimi totius cleri consensu, Episcopus Spirensis designatus jam erat Eberhardus nobilis heros à Randegk, summi Collegii Decanus; qui venienti Lamberto cedere, & Udenheimensis oppidi ac aliquorum pagorum ac castrorum possessione contentus esse coactus fuit. Præfuit utiliter annis ferè novem: postea resignata Spirensi Ecclesia, Argentinensi sese intrusit, anno Christi 1372.

59. Adolphus Comes Anaxovianus à Nassavv, eligitur unanimibus suffragiis totius Capituli in, Spirensis Episcopum anno Dom. 1372. præfuit 9. annis penè, & à summo Canoniconum Moguntinensium collegio ad Archiepiscopatus gubernationem vocatus, an. Dom. 1373. Præfuit Moguntinæ sedis annis 8. mortuus est anno Domini 1388. in oppido Haygenstadt.

60. Nicolaus, vir eximie doctus ac prudentissimus: successit Adolpho, è Roma (ubi Rotæ annis 22. auditor fuerat) missus, & Ecclesiæ Spirensi à summo Pont. Urbano VI. commendatus. Pervenit ad quietam gubernationem non citius, quam anno Dominicæ incarnationis millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, paucis mensibus ante mortem Archiepiscopi Adolphi. Præfuit summa cum laude ac utilissimè ann. 15. quibus ita Episcopatum Spirensis instauravit, auxit & locupletavit, ut ejus non immerito reparatur, & secundarius fundator dici ac celebrari debeat. Obiit Bruxellæ septima Junii an. Incarnationis 1396.

61. Rabanus, vir sapientissimus, Imperatoris Venceslai Cancellarius: eligitur in Episcopum vigesima Junii, anno Domini 1396. sedit tamen per discordiam: aliqua enim Canoniconum pars suffragia sua Godefrido Comiti à Leyningen M 2 dederat.

A dederat. Præfuit fapientiffimè ac utiliffimè annis quadraginta duobus; fuit Imperatorum Ruperri Palatini ac Sigifmundi Confiliarius, omnibus circumjacentibus terrar Principibus eximie clarus. Anno Dom. 1430. eligitur idem Rabanus in Archiepifcopum Treverenfem, à Pont. Maximo Eugenio IV. contra alios duos per discordiam à fummi collegii Treverenfis Senat. electos, Jacobum videlicet Baronem à Scirek, & Udalricum Comitem de Mandelchieder. Præfuit Treverenfis Archiepifcopatu, etfi in fumma inquiete, annis novem, femper interim Spirenfis etiam Ecclefie poffeffione retenta: donec an. Dom. 1439. utriufque Epifcopatus magiftratu fe abdicaret, & unanimiter contentiente utriufque urbis clero, Archiepifcopatum Treverenfem Domino Jacobo Baroni de Sirek, Spirenfem verò Epifcopatum fratris fui filio Reinhardo ab Helmitadt Prepoſito fummi collegii Spirenfis resignaret. Ipfe verò ejuſdem anni decima quarta Novembrii naturæ debitum abfolvens, Spire in Baſilicæ Cathedralis media parte, honorifica ſepultura donatus eſt.

62. Reinhardus ab Helmitadt, fummi templi Spirenfis Præpoſitus, vir omnino religioſus, juſti & æqui ſtudioſiffimus: pervenit ad gubernaculum Spirenfis Ecclefie per ſenſationem antecessoris, & cognati fui, Antiftitis Rabani: Confirmatur ab Eugenio IV. Pontifice Maximo. Præfuit ſedi Cathedrali laudabiliter annis ſeptendecim, obiit anno 1456.

63. Sigiferdus nobilis à Fenningen, eligitur viceſima nona Martii, an. Dom. 1456. unanimi conſenſu Canonicorum: fuit incomparabili vitæ bonitate ac morum integritate præditus. Præfuit laudabiliter annis 3; menſ. 5. dieb. 2. Peregrinatus eſt Romam religionis ergo ad P. M. Pium II. à quo humaniſſimè exceptus & tractatus, ac multis egregiis privilegiis donatus eſt. Cum verò anno 1459. Heidelbergam quorundam negotiorum expediendorum ergo eques veniſſet, incidens in ſubitum morbum, poſt paucos horas, non ſine veneni ſuſpitione, ſecunda Septembrii expiravit.

64. Joannes cognomento Nix, eximie doctus: eligitur in Spirenfis Ecclefie Epifcopum 17. Septembrii, anni 1459. Fuit vir eximie doctus & bonus, ſed gubernator infelix: non ſuo tamen vitio, ſed tubulentiffimorum temporum inquietate meliorem fortunam non ſerente. Reſignavit Epifcopatum anno 1462. & biennio poſt obiit. Itaque illi ſuffectus

C 65. Matthias, Bavarus, Friderici Palatini Cancellarius, eximie doctus, eloquens ac ſapientiſſimus, Principique Friderico victorioſo longè chariſſimus: cujus precibus obtinuerat nuper Canonicatum Spire. Præfuit Matthias iſte ſumma cum laude omnium, cum maxima item Epifcopatus utilitate, annis quindecim, & moritur anno 1478.

66. Ludovicus vitæ integritate, pacis ſtudio, ac plurimis aliis ſummis virtutibus nemini mortalium ſecundus, Oeconomus omnium optimus. Præfuit optimè ac utiliſſimè annis 27. Maximiliano Imp. imprimis charus. Deceſſit ex hac mortali vita Udenhelmi decima octava Auguſti, an. Dom. 1505.

67. Philippus, fummi Collegii Cantor, & ad S. Germanum Præpoſitus, vir doctus & Doctor Ticinenſis Gymnaſii: ſucceſſit Ludovico, communibus omnium Canonicorum ſuffragiis acutus ac electus. Præfuit annis octo, ſemper ad verſa laborans valentine. Obiit Udenhelmi 3. Februarii, an. 1512.

68. Georgius Rheni Palatinus & Bavarie Dux, Philippi Electoris filius, Præpoſitus Moguntinus & Canon. Spirenfis poſtulari ad gubernationem Epifcopatus Spirenfis 13. Febr. anno 1513. ætatis ſue an. 27. Multa paſſus eſt à ſeditioſa ruſticorum ſuorum conjuratione, quam ſumma ſapientia, ſine multo ſanguine (erat enim natura clemens, mitis & miſericors) pacavit: fuit pacis longè ſtudioſiſſ. inter privatos etiam homines vel conſervanda vel reſtauranda. Deceſſit ex hac vita 1525.

66. Philippus primùm Cantor, poſtea Præpoſ. Spirenfis, eligitur 22. Octob. an. à nata ſalute ſempiterna 1529. unanimi conſenſu totius Collegii. Fuit enim ad Vvormacienſem Epifcopatum adminiſtrandum acutus: ſed ſingulari modeſtiae laude Palatino Henrico ceſſit. Præfuit 20. annis laudabiliter, concionando, ac aliis pietatis officiis: utiſſimè etiam diligentem Oeconomiæ gubernationem: ſumma elementa & manutentione erga omnes omnium ordinum ac conditionum, omnibus bonis chariſſimus. Præerat adhuc prudentiſſimè an. Dom. incarnationis 1549.

70. Eberhardus à Dienheim, ex Judice Cameræ Imper.

71. Philippus Chriſtophorus, ex Præpoſito Treverenfis, & modo Archiepifcopi Elector, feliciter præſt.

ARCHIEPISCOPI ET EPISCOPI VVORMACIENSES.

A C P R I M U M A R C H I E P I S C O P I .
Vangionum, Vverdomagenienſis vel Vvormacienſis, olim Archiepifcopatus, nunc Epifcopatus tantum, totius olim Germaniæ maximus ac opulentiffimus, qui poſſedit olim, quicquid hodie regionum habent Palatini Rheni, Landtravius Haffia & Archiep. Moguntinus, cui item ſedecim alii Epifcopatus, ſuffraganeatus titulo, ſubierant: ſcribitur vulgò ceſſiſſe annuum Chriſti circiter quinquecentum, ex liberali conſtitutione ac munificentiffima donatione Clodovei Galliarum primi illius regis. Sed longè eum venuſtorem eſſe, Concilium Coloniaſe iſtis teſtatur & probat, in quo Victor Vangionum Archiepifcopus, anno Dom. 398. aut ut aliqui volunt, an. 384. unà cum aliis totius Europæ Epifcopis, Euphrate Archiep. Coloniaſem exautoravit, & Ecclefie gubernatione exiit, propterea quòd Arrianorum Hæreſeos labem infectus, & erroribus perniciter inherens, ad unionem Ecclefie Chriſti redire nollet. Urbem autem Vangionum vetuſtiſſimam eſſe, hoc teſtatur, quòd mille & quingentis annis ante natum Chriſtum, præclarum civitatem, & urbi Trevereni cum aliis 4. Rhenenſibus urbibus, Baſilea videlicet, Spira, Moguntia & Colonia, tributariam fuiſſe, in vetuſtiſſimis Trevetenſis urbis monumentis reperitur.

1. Victor I. eligitur Vangionum urbis & Ecclefie Archiepifcopus: is interſuit Synodo Coloniaſi, in qua Euphrates Arrianam hæreſim contumaciter defendens, exautoratus & Epifcopali officio exutus eſt.

2. Amandus, viciſſe Ecclefie Vangionum Paſtor, concionando ac docendo fideliter præfuit. Ad hunc à Roma venit S. Servatius, Tungrorum Epifcopus.

3. Carolus.

4. Quarti nomen intercidit, quòd eo tempore ab Atila everſa eſſet Vvormacia, quæ iterum à Rege Galliarum Clodoveo inſtaurata cepta, & poſtea à Brunhilde Regina pulchre illuſtrata eſt.

5. Quinti nomen ignoratur: etſi ſcribat Francis Irenicus, primos decem Archiepifcopos Vvormacienſes celebratos eſſe à Joanne quodam Monacho, in Moguntiniſum catalogo: ſed quis ille Scriptor ſit, aut in qua Utopia ille iſtum Catalogum invenit, ignoratur.

6. S. Corolius pius ac religioſiſſ. Præfuit, præſuit Vvormacienſi ſedi Cathedrali adhuc circa an. Chr. ſalvator. 503.

7. Septimi nomen ignoratur.

8. S. Ruperus præfuit Vangionum Ecclefie, temporibus Hilderici Galliarum Regis: à quo proculdubio iſti officio ac dignitati præſectus eſt, cum & ipſe ex nobiliſſima Françæ Regum ac Scotiæ Ducum proſapia ortus eſſet. Fuit vir iſtigni vitæ integritate & ſanctimonia præditus: populi ſibi commiſſi, cum doctrina tum exemplo, veriſſimus Epifcopus, qui & concionando & docendo, corripiendo ac monendo officium veri paſtoris nunquam intermiſit. Proſectus in Bavariam, ejus Ducem & totam familiam ad Chriſtum adduxit, & baptizavit an. 580. quo libere, nemine prohibente, non in Bavia tantum, ſed & Aultria, Syria, & toto Norico, doctrinam de Chriſto, uno & ſolo humani generis liberatore, intrepida voce concionans, egregie propagavit: unde totius Norici primus Apoſtolus dici meruit. Præfuit hic Epifcopatu Salisburgienſi à Juvano, & Monafterio S. Petri (in quo, ut in pia ſchola, ſacras Scripturas diligenter explicans, plures educabat viros pios & doctos, qui Ecclefie præſe, ſervire & prodeſſe aliquando poſſent.) ſumma cum laude annis quadraginta quatuor. Obiit plenus diem in ipſi Dominica Reſurrectionis Chriſti, anno Dom. 623. ſub Papa Honorio I.

9. De novo Vangionum urbis Epifcopo nihil habetur, ne nomen quidem.

10. S. Amandus præfuit Archiepifcopatu Vvormacienſi temporibus Dagoberti Galliarum Regis. Hujus Archiepifcopi temporibus obſcure ac dono dedit Dagobertus iſte Galliarum Rex. in præſentia Arnolphi Metenſis, & Huniberti Coloniaſis Epifcoporum, S. Petro Apoſtolo Vvormacienſis Epifcopatus patrono Comitatum Laudenburgenſem cū toto adjacenti territorio, ſexto regi fui ſancio. Iſte Epifcopus Amandus tanta religione & ctantis ſanctis etiam claruit, quibus doctrinam Chriſtianam confirmavit Deus, ut eiſdem populique urbis Vangionum mortuo templum grandinis ac pietatis ergo ſtauerent; quòd hodie adhuc in ſuburbio ſitum, S. Amandi Parochia appellatur.

II. Nomen

A 11. Nomen etiam intercidit.

12. Geroldus dignatur à Carolomanno ac Pipino fratribus, qui ei Moguntiniam etiam Epifcopatum, inter ſedecim illos (qui tunc Vangionibus ſubierant) ampliffimum, gubernandum commiferant. Erat vir prudens, callidus, ac ad magnas res, magis tamen ad civiles quam Ecclefiaſticas gerendas, ſummè aptoſus & idoneus, corporis ſtatura iſtignis, animo verò præditus intrepidus ac longè maximo: Anticæ vitæ ſtudiorum, quam Ecclefiaſticarum careremiorum, quas parum aut omnino non curabat. Vide ſeriem Epifcop. Moguntinienſium, quomodo hic Præſit fuerit exus.

13. Gervilio evedus eſt poſt mortem Geroldi patris ad utriufque etiam Sedis, Vvormacienſis videlicet ac Moguntine gubernationem à Rege Pipino, cui admodum charus erat. Sed cum patris fui occiſorem ad ſe blandè pellectum, contra datam fidem manu propria trucidaveſſet, Rex Pipinus graviffimè in eum accenſus, habita prius deliberatione cum Pontifice Maximo Gregorio III. ex utriufque dignitatis ſatigio deſectum, Monafterio cuidam intruſit, qui perpetuis temporibus inclufus, penitentiam ageret de commiſſa caede, & violata publica fide. Ut autem exemplum etiam omnium temporum hominibus ſtatuereſſet, & graviffima animadverſione teſtarentur Rex Pipinus ac Pontifex Gregorius III. tale facinus ſummè ſibi diſplicuiſſe: Vvormacienſis Ecclefie Archiepifcopali dignitate exiit, & ea ipſa Moguntina induitur, & ad honores (quibus hodie adhuc conſervat) evehitur. Sic Moguntinus Epifcopatus, Archiepifcopatus factus, & Vvormacienſis Ecclefia ei ſubſida eſt, quæ ſedecim prius Epifcopatum ampliffima domina ac gubernatrix erat. Anno 729.

II. EPISCOPI VVORMACIENSES.

14. Vvertharius I. Epifcopus Vvormacienſis, à Pipino Galliarum Rege conſtituitur: præfuit temporibus Caroli Magni, cui ab initium fui conſiliis, & à quo Romam aliquoties in gravibus Ecclefie negotiis ad Pontificem Maximum Leonem III. miſſus eſt. Erat Epifcopus ſapientia & doctrina iſtigni præditus, Migravit Epifcopus iſte ex hoc mortali ſeculo, imperante adhuc Carolo Magno, cum præſuiſſet laudabiliter viginti tribus annis.

15. Folcovicus ſucceſſit Vverthario, conſtitutus ab Imp. Carolo Magno. Sed quamdiu ille præſerit, ignoratur.

16. Ehbrenbrechtus, aliis Ehbrenbrandus: legitur Vangionum præſuiſſe An. Chriſti 798. quæ donatio Dagoberti Galliarum Regis S. Amandi Epifcopo facta, à Carolo Magno confirmata eſt.

17. Samuel eligitur ex Abbate Lauriſſenſi in Vvormacienſis Ecclefie Antiftitè, anno Chriſtiana redemptionis 838. imperante Ludovico Pio. Fuit ſacrarum literarum & aliarum etiam hœreticarum diſciplinarum eximie doctus.

18. Guneco vir ſanctiſſimæ vitæ, eligitur anno Domini 856. Præfuit annis ſedecim. Obiit an. Chriſtiana redemptionis 872. 18. Novemb. Hujus Epifcopi temporibus coactæ ſunt duæ Synodi Vvormaciæ, una anno Domini 858. altera an. Dom. 868. Acta harum Synodorum extant in Decreto.

19. Adelhelmus, & parentum imaginibus & eruditione eximia clarus Epifcopus, eligitur anno Domini 872. præfuit undecim ſaltem menſibus. Evocatur ex hac mortali vita anno 873. 7. Januarii.

D 20. Diethacus, vel Theodelachus, ſucceſſit Adelhelmo: præfuit uno & quadraginta annis ſumma cum virtute ac laude: fuit Imperatoribus Arnolpho & Ludovico III. chariſſimus, à quibus multa conſequutus eſt Epifcopatu ſuo. Obiit ſubito morbo correptus, cum in Alatiam proſicereſſet, prima Septembris, anno à nato Chriſto 914.

21. Rigovvo, aliis Rigoinno, aliis Richovicus, eligitur ab aliqua parte Cleri ſui anno Dom. 914. ab alia verò diſſentiente, poſtulari ex Lauriſſenſi potentiffimo Cœnobio, Abbas Linturhus ad Vvormacienſis Cathedralis gubernationem. Sed Rigovvo confirmationem obtinuit cum à Pontifice, tum ab Imperatore Conrado I. Præfuit laudabiliter ac utiliſſimè annis triginta ſex. Obiit tandem decima Octobr. anni à nata ſalute ſempiterna 950.

22. Anno, Hefſus patria, vir ſanctæ & innocentiſſe vitæ, ab Abbate Epifcopus dignatur, anno Domini 950. Ibi laudabiliter ac utiliſſimè præfuit viginti quatuor annis, Imperatori Othoni ſummè charus. Obiit 24. Decemb. ann. Chriſti 974.

23. Hildeboldus germanus frater Epifcopi Annonis, ex-

24. Franco, & ipſe patria natione Hefſus, majorum imaginibus clarus, vitæ verò ſanctimonia virtutique vetera nobilitate longè chariſſimus: fuit Othonis III. intimus Confiliarius, qui & aulam Imp. ſemper ſerè, præſertim in Italiam, ſequēbatur: cumque præſentia & conſilio ſuo diu proſuiſſet Othoni Imperatori, donatus eſt ab eo liberaliſſimè inter cætera verò dedit Epifcopatu Vvormacienſem Imperatori Otho Abbati Laurentienſem opulentiffimam. Sed it annis 3. & deceſſit anno 996.

25. Erpo dignatur Epifcopus Vangionum ab ipſo Imperatore Othone III. Romæ. Sed tantum triduum vixit, & ſubitanea morte decedens: propè Franconem Romæ ſepellitur.

26. Raxo vir nobilis & genere & virtute, qui etiam aulam Imperatoris ſequutus erat in Italiam, & de Othone III. optimè erat meritus, ſubrogatur Erphoni Epifcopo. Qui cum in itinere & profectione eſſet verus Vvormaciæ, & Churam veniſſet, ſubito ibi morbo correptus, 14. die poſt primam electionis confirmationem moritur, ubi terræ parenti honorificæ pompa funebri eſt reddidus.

27. S. Burcardus, vel ut Gratianus in Decreto ſuo appellat Brocardus, natione Hefſus, Franconis ſupra celebrati Epifcopi germanus frater, Monachus primùm in Labacenſi cœnobio: unde à Vvilligio Moguntino Archiepifcopo evocatus, Præpoſitus tandem ab eo novi Monafterii S. Victoris dignatur: cui cum aliquantulum ſapientiſſimè ac utiliſſimè præſuiſſet, ab Othone Imp. præſente Vvilligio, Epifcopus Vangionum urbis & Ecclefie conſtituitur. Conſecratus igitur in reditu Hailgenſtadi ab ipſo Archiepifcopo Vvilligio 8. Mart. anno 997. mox præſe ſedi Vangionum cepit, cui ſumma cum laude ac utiliſſimè præſuit annis viginti novem. Deceſſit plenus diem, viceſima Auguſti, anno Domini 1025.

28. Hazego, vel Azecho, Comes Anaxovianus, eligitur & conſecratur in Epifcopum Vvormacienſem quinta Decemb. anni à nato Chriſto 1025. Præfuit annis novemdecim ſumma cum laude ac utiliſſimè. Fuit religioſiſſimus Princeps. Obiit G anno Domini 1044. ſeptima Januarii.

29. Adelgerus nobilis genere, ſed nobilior virtute: Imperatoris Henrici III. (cujus diu fuerat cum Cancellarius tum ſuperius Confiliarius) precibus obtinuit Epifcopatum Vvormacienſem. Præfuit quinque ſaltem menſibus, & qui in Martio electus erat, in Auguſto ex hac vita emigravit. an. Dom. 1044.

30. Arnoldus ſucceſſit Antiftiti Adelgero, anno Chriſti 1044. Præfuit laudabiliter annis viginti, menſibus 8. Deceſſit ex hac vita an. Domini 1065. prima Junii.

31. Adelbertus, vel Adelberus, aliis Adalbero, Comes ab Habzburg: ex Monacho Sangalleni, Vvormacienſis Epifcopus factus, & electus eſt 23. Octob. an. Dom. 1065. Præfuit quinque annis utiliſſimè & ſumma cum virtute tum omnium laude. Corpore monſtrum verius quàm homo, teſte Lambert Schaffnaburgienſi. Obiit an. Dom. 1070. 6. Aug. ſuffocatus ſtupenda corporis pinguedine: tanta enim craſſitudine fuit, ut aſpicientibus horrorem incuteret.

32. Adelbertus, in veteri quodam peritromate, quòd adhuc pendet in ſumma Baſilica Vvormacienſi, Adalbrandus dicitur, Saxoniarum dux. Conſtituitur Vangionum Epifcopus ab Imper. Henrico IV. contra quem cum ſex annis poſt adeptam dignitatem Epifcopalem, incitatus à Rom. Pontifice, ipſe quoque Imperatorem Rndolphum elegiſſet, decubat eſt, & urbe Vangionum ejectus ab Henrico IV. ſed non trucidatus in bello, ut aliqui volunt. Eſt autem priſtinæ dignitati poſt longum exilium reſtitutus ab Henrico V. Obiit anno Domini milleſimo centefimo octavo, ſexta Julii, cum à prima electione 38. annis nomen ac titulum Epifcopi Vangionenſis geſiſſet.

33. Diemarus ſucceſſit Adelberto, præfuit duobus tantum annis. Obiit penultima Octob. anni à nato Chriſto 1109.

34. Ebo Monachus primùm Lauriſſenſis, poſtea Canonius Goſlarienſis: conſtituitur Vangionum Antiftes, an. Dom. 1110. ab Imp. Henrico V. Sedit annis quinque.

35. Buggo Bambergæ à teneris educatus, ac liberaliter inſtitutus, ab Imperatore Henrico V. Præpoſitus Aſchaffenburgienſis primùm, mox Epifcopus conſtituitur, accedente Canoniorum ſuffragio. Sedit uſque ad annum 1151. qui erat 35. ab electione.

36. Conradus eligitur mortuo Buggone an. 1151. Præfuit

A prudenter ac utiliter annis duodecim. Obiit 19. Martii, anno Dom. 1163.

37. Conradus II. successit Conrado Steynachlano, anno Dom. 1163. unanimiter consentiente toto clero. Praefuit in magnis temporum difficultatibus, cum prudenter, tum laudabiliter, annis viginti quatuor, fuit Episcopus Martius ac bellicosus: strenue pugnavit pro Friderico Barbarossa, contra Gvephelonem Henricum. Missus est ab eodem Imperatore in magnis regni negotiis ad Imperatorem Constantinopolitanorum, a quo manifestissime variis Ecclesiarum ornamentis donatus est, quae secum Vvormaciam amittit. Decessit ex hoc mortali saeculo, 18. Januar. an. Dom. 1187.

38. Henricus I. ex Ultrajectino Episcopatu natus: subrogatus Conrado II. Praefuit bene ac prudenter annis novem. Consequitur privilegia ab Imp. Henrico VI. Obiit vicefima tertia Decemb. anni a nato Christo 1196.

39. Leopoldus eligitur a toto Canonico Vvormacienfium senatu, an. Dom. 1197. ex preposito Norenhusiano in Episcopum: Erat insignis cum corporis tum animi robore praeditus. Praefuit viginti annis varia fortuna. Decessit ex hac mortali vita, decima septima Febr. an. Dom. 1217.

40. Henricus II. Comes Sarburgensis: eligitur unanimi totius cleri consensu ex Novenhusiano Preposito in Antistitem Vvormacienfem, an. Dom. 1217. Praefuit septemdecim annis summa cum laude: obiit 12. Sept. an. 1234.

41. Landolphus eligitur unanimibus totius Canonico rum senatus suffragis, an. Dom. 1234. ex Decano summi collegii in Episcopum: confirmatur a Sigefrido Archiepiscopo Moguntino; investitur regalibus Hagonae ab Henrico Rege Imp. Friderici secundi filio. Praefuit tredecim annis. Obiit in die S. Medardi, an. Dom. 1247.

42. Conradus III. Decanus summi Collegii Moguntini, eligitur unanimi consensu totius cleri in Vvormacienfem Episcopum: fuit vir sapientia & eloquentia insigni praeditus.

43. Richardus vir eximie doctus ac prudentissimus eligitur ab una summi collegii Canonico rum parte in successorem Episcopi Conradi: confirmatur mox a Legato quodam Pontificio, an. Dom. 1247. Contra hanc electionem ab alia ac majori parte Canonico rum, Prepositus Novenhusianus, Eberhardus Hirfutus is ab Archiepiscopo Moguntino Sigefrido confirmatur. Obiit 7. Novembris anno a nato Christo 1257. cum jam a prima electione decennium effluisset.

44. Eberhardus Hirfutus, Prepositus Novenhusianus, antea per discordiam facti a majori Canonico rum parte electus, sed tamen a Pontifice ac Caesare non confirmatus: jam mortuo Richardo iterum ad clavum Episcopatus Vvormacienfis repetitur, ac ne tunc quidem sine discordia; nam aliquibus Burcardus, quidam summae Ecclesiae Vvormacienfis Decanus, Episcopatu praefectus censetur; qui considerans, quam noxia essent rebus publicis ac Ecclesiae schismata, exigua pensione annua contentus, facile pacati potuit. Sic Eberhardus viginti annis laudabiliter praefuit. Obiit 22. Febr. an. Dom. 1277. apud Montem Peshulanum, cum iter faceret, missus a Rudolpho Imperatore in Gallias.

45. Fridericus Hirfutus Germanus, frater Eberhardi Episcopi, eligitur post mortem fratris unanimi consensu totius capituli, an. 1277. praefuit 5. an. 4. mens. Obiit an. Dom. 1283. vicefima Maji.

46. Simon ita insigni virtute ac vitae morumque honestate praeditus, ut vulgo Religioforum omnium speculum appellaretur. Eligitur an. Dom. 1283. praefuit laudabiliter ac utiliter annis octo, mensibus tribus, diebus 14. Obiit vicefima prima Novemb. anno a nato Christo 1291.

47. Eberhardus II. Prepositus Novenhusianus, eligitur ab aliquibus summi collegii Canonico in Episcopum, ab aliis vero postulat. Gerhardus Hirfutus, germanus frater superiorum duorum Episcoporum Eberhardi ac Friderici, Prepositus ad S. Paulum. At res mox composita fuit per Archiepiscopum Moguntinum Gerhardum ab Eppeftein, qui interposita sua autoritate, Gerardo exiguum pensionem numerari debere, Eberhardum vero gubernationi praeficiendum censuit, quem & confirmavit. Post hanc conciliationem vixit Gerhardus duobus tantum mensibus. Eberhardus vero septimanis una & viginti, diebus tribus. Obiit in die S. Othmari, an. Dom. 1293.

48. Enycho Hirfutus, summi Canonico rum collegii Praepositus, eligitur concordibus suffragis totius Capituli in vigilia S. Thomae Apost. an. Dom. 1293. Confirmatur a Gerhar-

do Archiepiscopo Moguntino in festo trium Regum sequentis anni, consecratur in vigilia Resurrectionis Dominicae, vir admodum pius in pauperes & benignissimus Eleemosynarum distributor, honestae vitae & morum innocentia clarissimus. Praefuit optimè annis 4. septimanis 23. dieb. 3. Obiit in vigilia S. Jacobi Apostoli, an. Dominicae Incarn. 1299.

49. Ebevinus eligitur unanimi totius summi collegii consensu in Episcopum Vvormacienfem, an. Dom. 1299. confirmatur in die S. Thomae Praefuit tribus annis, & septemdecim septimanis. Obiit vicefima Maji, anno salutaris 1303. Vacavit sedes Vvormacienfis quinque penè annis.

50. Emericus Germanus, frater Simonis Episcopi supra celebrati: confirmatur Episcopum Vvormacienfis post longas summi collegii Canonico rum altercationes. Praefuit laudabiliter ac prudenter annis decem, & clero & omnibus civibus suis longè charissimus. Obiit 10. Febr. An. Dom. 1318.

51. Henricus III. hujus nominis, Praepositus summi collegii Vvormacienfis, eligitur in Episcopum ultima Aprilis unanimi consensu totius cleri. Confirmatur in die S. Bonifacii ab Archiepiscopo Moguntino. Gubernavit Ecclesiam Vvormacienfem per unum tantum annum & dies tres. Obiit octava Jun. in ipsa die S. Bonifacii, an. 1319.

52. Chuno Decanus summi collegii, vir eximie doctus, eligitur in Vvormacienfem Ecclesiam praesulem ac Antistitem post diem D. Laurentii, an. Dom. 1319. Praefuit an. 10. Postea decessit ex hac laetymarum valle Episcopus Chuno, 25. Jun. anno Dom. 1329.

53. Gerlacus, mortuo Chunone, seipsum intrusit, frater familiae ac gentis suae potentia: cum Capitulum Episcopatus gubernationem commendasset Baldovino Archiepiscopo Treverensi ac Moguntino. Praefuit tribus annis, decessit ex hac mortali vita, an. 1323. decima octava Janu.

54. Salomannus Vvalboto cognominatus, ex veteri ac honesta Moguntinae urbis familia natus, successit Antistiti Gerlaco, a Pontifice Maximo Joanne XXII. Episcopatu Vvormacienfi praefectus, sine Canonico rum consensu. Confirmatur a Pontifice Maximo Benedicto XII. Erat vir praclare doctus, & prudentia praeditus singulari. Obiit an. 1349.

55. Theodoricus Bavarus cognominatus: eligitur ab unanimiter consentiente clero Vvormacienfi an. Dom. 1349. Imp. Carolo IV. Praefuit prudenter & utiliter annis sedecim. Erat Episcopus honestissimus ac optime vitae. Consequitur est omnium privilegiorum suorum confirmationem ab Imp. Carolo IV. an. Dom. 1366. quo an. ad Metensis Episcopatus gubernationem advocatus, Vvormacienfem postea libere reliquit.

56. Joannes cognomento Schandlandus, Ordinis Praedicatorum, & Sacrarum Scripturarum magnificus doctor, Legatus Pontificus, cujus plura extant scripta: constituitur a Rom. Pont. Episcopus Culmiensis, ubi cum non diu fuisset, Hildesheimensi Episcopatu a Gregorio X. praeficitur, an. Dom. 1362. cui cum duob. saltem annis praefuisset, resignata gubernatione tota, Romam rediit, ubi post paucos annos a Romano Pontifice quietiorem locum petens, ut namque Augustanam videlicet & Vvormacienfem Ecclesiam coniequitus est, an. Chr. 1368. Sed cum Augustae inter senatum clerum ac populum tumultus essent gravissimi, non diu Augustae mansit, sed Augustanum Episcopatum, an. Dominicae Incarn. 1377. libere reliquit, Vvormacienfem contempsit. Obiit an. Dom. 1373.

57. Egkardus eligitur a Capitulo Vvormacienfi an. Dom. 1377. cum sedes Episcopalis vacasset penè quatuor annis. Sed plerumque Landeburgi, nusquam prodens, quam in templum. Praefuit annis 28. inter maximas turbas ac summorum civium suorum tumultus. Obiit 15. Maji. an. Christi 1405. quo totus clerus, secessione facta, è Vvormacia discesserat.

58. Mathaeus Graconianus ex Poloniae regno natus, doctor sacrarum Scripturarum, Academiae Parisiensis ac Praegensis rector: multa scriptis, quae in Franckenlensi monasterio adierunt & ostenduntur: fuit Cancellarius Imp. Ruperti Palatini, cujus intercessione consequutus est Episcopatum Vvormacienfem: summa prudentia ac utilissime praefuit quinque annis. Obiit 5. Martii, an. salutaris 1410.

59. Joannes II. subrogatus Mathaeo Antistiti an. Dom. 1410. praefuit annis sedecim. Obiit Landeburgi 18. Maji, an. Dominicae Incarn. 1426.

60. Fridericus II. eligitur in Episcopum Vvormacienfem Ecclesiam, unanimi consensu Canonico rum, ipsa die S. Agathae, an. Dom. 1427. Praefuit novemdecim annis. Abiit naturae debitum

Adebitum Kalendis Julii anni Christianorum 1445.

61. Ludovicus ab Ast, doctoratus titulo insignitus, Praepositus ad S. Martinum Vvormaciae, Palatini Ludovici praecipuus Consiliarius. Subrogatur Episcopo Friderico unanimes totius Capituli sententia: sed cum in quietem amaret, & videret, officium Episcopale plenum esse periculi, post sex hebdomadas oblatam dignitatem resignavit.

62. Reinhardus eligitur anno Domini 1446. praefuit periculosis & difficillimis temporibus prudentissimè, annis triginta sex. Obiit Landeburgi in vigilia S. Mariae Magdalene, anno a nato Christo humani generis redemptore, 1483.

63. Johannes Tertius, eximia virtute ac doctrina longè praestantissimus, trium linguarum egregie peritus, renascentium in Germanis humanitatis ac Philosophiae studiorum summus fautor ac Maccenas: vir sapientissimus, & Ludovici idcirco Palatini electoris praecipuus consiliarius. Eligitur in Antistitem Vvormacienfem Ecclesiae, anno Christi 1482. Praefuit annis 30. & hinc emigravit vigesima septima Julii anno Dominicae Incarnationis 1503.

64. Reinhardus eligitur Landeburgi in Vvormacienfem Episcopum, decimanona Augusti, anno Christianae Redemptionis 1503. Verum cum variis tumultibus orientur in Diocesi sua tam ab incolis, quam rusticis, colique componendis desperaret; Henrico Palatino (qui jam Ultrajectina Ecclesia exciderat totam gubernationem Vvormacienfis sedis commendat, ac seipsum quies ergo in familia ac gentis suae castrum, Riepur (quod in Marchionatu Badensium situm est) recipiens, post paucos menses ibi naturae debitum, annorum & dierum plenus, abiit 19. Aprilis, an. Dom. 1533. cum a prima ipsius electione triginta anni effluisset.

65. Henricus quartus, Palatinus Rheni, & utriusque Bavariae dux, Philippus electoris filius, Ludovici ac Friderici optimorum principum ac electorum frater, eximia virtute, justitia & clementiae studio ac laude, sapientia item & humanitate summa praeditus, designatur an. Dominicae Incarnationis 1524. Episcopus Ultrajectinus unanimi totius cleri consensu, & eodem penè tempore Vvormacienfem. Detrahitur tandem tumultibus Ultrajectinis, cum adversa valetudine etiam impeditus, labanti Ecclesiae subvenire, aut consulere tante rerum difficultati non posset, totam eam gubernationem Romano Pontifici ac Imperatori Divo Carolo V. resignavit: Vvormaciam concedens, Frisingensem ac Mammillensem etiam Episcopatum obtinuit.

66. Philippus, ex Frisingensi.

67. Georgius Schombergicus, Joannis Archiepiscopi 109. Trevirensis frater.

68. Philippus a Rottenfain, multarum rerum & linguarum cognitione commendabilis.

EPISCOPI AUGUSTANI
VINDELICORUM.

Augustam Vindelico rum a B. Petri Apostolorum Principis discipulis, cum in ipsius Imperatoris Claudii cum ceteris Judaeis Roma profertus, in Italia finibus ad tempus haberet Christi doctrina imbutam, *M. Perjerus lib. 6. Rerum Augustarum* testatur. Constat certe, S. Lucium ex Britanniae Regibus an. circiter 180. hic plurimos convertisse, quamvis nominis & gesta intercederint illorum, qui ante hunc genti huic praedicarunt.

Nam tempore Diocletiani S. Afrum & plures alios martyro coronatos Augustae pro fidei defensione, Annales referunt.

Catalogus Episcoporum hic circumfertur ex MM. SS. veteri ante annos penè 600. descripto.

Primus adierit S. Dionysius Martyr, de quo dubitatur an idem sit cum sequente: passus tamen sub hoc nomine an. 303. quidam Dionysius S. Afrae avunculus, quem S. Narcissus Gerundae in Hispania Tarraconensi Episcopus presbyterum ordinavit, & Episcopum constituit: constat ex *actis S. Afrae*.

Itaque juxta veriore aetate recentiorum censuram, primus fuit Zozyms, qui forte binominis erat.

2. Perveilius, aliis Vvetolphus, quem voluit sedisse an. 6. aut 7.

3. Tagebertus fedit annis 16. vel 17. alii Dagebertum vocant.

4. Manno: huic anni 19. tribuunt.

5. Vvicho. Sedit annis 18.

6. Prico. Annis 20. quamdiu autem sedes vacaverit post mortem horum, & quo tempore praeside referent, haec tunc infallibiliter sciri non potuit.

L. B. Th. Astr. vitæ Human. Tom. III.

Zeisso, aliis Zayfo, cui annos 21. ascribunt, & prodit E Bruichius, cum floruisse tempore Bonifacii II. & Justiniani Imp. circa annum 530.

8. Marchmannus floruit annis 29. An inter hunc & priorum aliqui interjecti, merito dubitatur.

9. S. Vvichterpus, obiit an. 662. alii Fortunatum appellant: ordinatus anno 646.

10. S. Tozzo, obiit anno 676. 17. Kal. Febr. Vacavit sedes usque ad annum circiter 750. quando primum institutus Moguntinus Archiepiscopus, cui ille subiectus fuit, ut Serrarius lib. 1. *bist.* Moguntinae annotavit.

11. S. Sintperus, a Nicolao V. Catalogo SS. adiectus: fedit annis 30. vixit circa annum 800.

12. Hanto, aliis Lanto, fedit annos 7. Baronius Santo legit. Interfuit Concilio Moguntino an. 864.

13. S. Nitterus, obiit an. 847.

14. Voldomannus, huic annos 7. tribuunt, obiit 872.

15. Vvirgerus, annis 10. fedit.

16. Lanto, transfuit corpus S. Magni Episcopi. Hiberniae.

17. S. Adalperus. Obiit anno 909.

18. Hilinus fedit annos 15. defunctus est an. 923.

19. S. Vodalricus Comes, fedit usque ad annum 973. & colitur ab Augustanis tanquam Patronus.

20. Henricus etiam Comes, petiit in pugna quam in Calabria inivit Otho II. anno 982.

21. Etricus. Obiit anno 988.

22. Luitolphus. Obiit anno 996.

23. Gebhardus. Sedit annis 4.

24. Sigefridus. Obiit anno 1007.

25. Bruno Frater Imp. Henrici, obiit anno 1026.

26. Eberhardus, aliis Ebbo: obiit an. 1047.

27. Embrico: Imbrico alii post S. Gregorium lib. 2. registri Epist. 29. Obiit 1077.

29. Vvigoaldus, schisma habuit cum Sigefrido, quem Imp. Henricus III. sustinebat, sed praevault. Sedit usque ad annum 1088.

30. Hermannus circa annum 1096. fedit.

31. Vvaltherus electus anno 1134.

32. Kuonradus, an. 1152. Obiit circa annum 1160.

33. Hartnuicus obiit anno 1182. Oct. Kal. Febr.

34. Vvodalculus anno 1184. Vacavit sedes.

35. Heirnuicus electus anno 1202.

36. Sifridus, electus an. 1208. *Abbas Vvirspergensis*: obiit in Apulia an. 1227.

37. Suboto Baro, fedit annis 25. resignato Episcopatu, monasticum habitum induit.

38. Hartmannus Comes fedit usque ad annum 1286.

39. Sifridus obiit anno 1288.

40. Vvolfardus obiit anno 1300.

41. Degenhardus obiit anno 1307.

42. Fridericus obiit anno 1330.

43. Udalricus obiit anno 1336.

44. Henricus a Schoeneck, deponitur a Clemente VI. anno 1348.

45. Marquardus an. 1368. electus Patriarcha Aquilejensis, resignat Episcopatum.

46. Vvaltherus. Obiit an. 1369.

47. Joannes ex Ordine S. Dominici, resignavit dignitatem an. 1372. obiit an. 1378.

48. Burchardus. Obiit anno 1404.

49. Eberhardus. Obiit an. 1411.

50. Anselmus. Ob schisma deponitur a Martino V. Pont. & sufficitur, deposito etiam Friderico a Gravenack electo

51. Petrus a Schauberg, creatus Cardin. Obiit 1469.

52. Joannes Comes. Obiit 1486.

53. Fridericus Comes de Zollere, obiit anno 1505.

54. Henricus. Obiit anno 1517.

55. Christophorus Stadion. Obiit Norimbergae 1543.

56. Otho Baro, S. R. E. Card. creatur, obiit Romae 1573.

57. Joannes Egelphus. Obiit ante consecrationem.

58. Marquardus. Obiit 19. Januarii 1591.

59. Joannes Otho. Obiit Dilingae 6. Octob. 1598.

60. Henricus de Knoeringhen, electus in Decembr. anno 1598.

Ex Catalogo Episcoporum Augustanorum, edito Anno M. DC. XII.

A EPISCOPI HERBIPOLENSES.

Herbipolis, Civitas est ad Mœnum Fluvium sita, amenitate & opulentiâ insignis, quam à gentilitate ad Christianam veritatem perduxerunt SS. Chilianus, Colonatus, & Theodatus Scoti, qui propagandæ fidei causâ, patria sua relicta, ad has oras ab impietate & Arianismo repugnandas, à Benedicto II. Pontifice missi perhibentur circa annum Domini 832. & lxxx. Cœpit verò S. Chilianus, alii Killanum vocant, prædicationem suam Herbipoli: ubi brevi Gostberto Ducem catechizavit, & ut fratris sui conjugem, quam deperibat, dimitteret à consortio suo, effecit. At ut genus mulierum & fallax & insidum est, de tollendo à medio Killano & foecis, iniit vit consilia, ac Gostberto suadere conata fuit. Qui cum impiis suæ pellicis furis cedere recusat, etiam in illummet conspirationem domesticorum commovit. Verum adfuit, iustissima Dei vindicta, quæ permittit ut tam ipsa Jezabel, quam impietatis delibere Satellites à malignis spiritibus possidententur. Porro Episcopatum hic crexit instinctu Pipini & Caroli M. Regum Francia, & auctoritate Zachariæ Pontif. S. Bonifacii Germanorum Apostolus, circa annum DCCC. & L. idque in honorem SS. Killani & sociorum Martyrum. Atque hujus Ecclesiæ Antistites illud prærogativæ à prima origine obtinent, ut etiam in temporalibus, Civitatis & Territorii Duces existant: hinc dum in Pontificalibus rem divinam faciunt, adfuit & nobilibus nudatam entem manugestans, tanquam insignè Ducatus Francie Orientalis. Porro SS. Killanus cum sociis Martyribus iussu Gaylanæ trucidatis, Divorum catalogo adscripti sunt, eiusque Basilica edificata. Primus autem qui in ordine Episcoporum numeratur, fuit.

1. S. Burcardus, gente Britannus, vir pius ac religiosissimus, à S. Bonifacio sanguine suo educatus, ac liberalissimè institutus: constituitur ab eodem, consensu Pipini ac Caroli Magni Regum, primus Antistes ac Episcopus Herbipolensis Ecclesiæ: consecratur & confirmatur à Pont. Max. Zacharia. Præfuit autem Episcopali officio docendo, concionando ac aliis pietatis exercitiis ac muneribus prudentissimè ac felicissimè, administratio item ac gubernatione provincie utilissimè, annis quadraginta integris. Construxit plurima templa ac Monasteria. Huic Episcopo ad servandos & erudiendos dedit Carolus Magnus duodecim obseques à devictis Saxonibus datos, ac summo loco natos adolescentes: qui omnes ferè ad Episcopales dignitates tandem evecti sunt, ut erant liberalissimè & optimè à Burcardo Episcopo instructi. Decessit plenus dierum ex hac mortali vita, anno Christi 791. in arce Hohenburg ad Mœnum sita, ubi jam senex factus, ac afflicta valetudine præditus, cum solo Diacono habitare ac religiosissimè vivere solitus fuerat.

2. Mayngaudus, vel Meginaudus, Comes Rotenburgus ad Tubaram, Monachus Ordinis D. Benedicti & conventualis cenobii Fridislarientis in Hassia: ab ipso S. Burcardo ex monasterio Herbipolim assumptus, ac sanctè educatus, successit jam mortuo Burcardo, unanimi totius clerici consensu electus. Præfuit laudabiliter annis tribus. At gubernationis tantæ provincie peractis, resignat Episcopatum, præsentè S. J. Vilbaldus Aylstensis Episcopo, cuiusdam Bernolphi viro religioso & magnanimo, anno Domini 794. Ipse verò collectis quibusdam discipulis, per Mœnum ad arcem Rorbacemem Caroli Magni venerationibus servientem delatus, consensu & sumptibus Regis cenobium instituit Benedicini ibi construxit, quod Neostadium appellavit. In quo cum sacrarum literarum ac alia liberalia studia summa cum laude inchoasset, primusque ejus loci Abbas fuisset, decessit an. 795.

3. Bernuoldus, vel Bernolphus, constituitur à Mayngaudus in Episcopatum Herbipolensem, anno 794. Præfuit an. 6. mensib. 4. dieb. 3. Obiit Bernolphus 29. Sep. an. Domini 800.

4. Ludericus successit Bernolpho: præfuit annis 3. mensibus 5. obiit vigesima septima Februarii, anno salutis 804. imperante Carolo Magno.

5. Aygelvarus subrogatus est Luderico, præfuit annis 6. diebus 28. Vale dixit huic mortali vitæ 24. Aprilis, an. Dom. 810. sub Carolo Magno Imp.

6. Vvolgerus eligitur unanimi consensu populi ac cleri, decimatercia Maji, anno Dom. 810. Præfuit benè & laudabiliter uno & viginti annis, mensibus 6. diebus 3. Sub ejus gubernatione obiit an. 814. laudatissimus Imp. Carolus Magnus, summus benefactor ac locupletator Ecclesiæ Herbipolensis: cui successit filius Ludovicus cognomento pius, qui sub eo

dem Antistite Vvolgero, construxit & fundavit ann. Dom. E 816. ad preces S. Vvalderici Heremita, monasterium Murhar- tense. Interfuit Vvolgerus Synodo Aquigrani celebrata avo Ludovici pii, reformandæ Ecclesiæ ergo. Obiit postea quarta Novembrii anni 831.

7. Hambertus, alius Hubertus eligitur, pridie Calendarum Januarii, an. Dominicæ incarnationis 832. Præfuit novem annis, tribus mensib. 8. diebus. Obiit an. sal. 841. mens. Mart.

8. Godeboldus, vulgò Gotvvaldus, Abbas inferioris Althachii, per veteris cenobii apud Bavaros: evocatur ad gubernationem Episcopatus Herbipolensis, prima Aprilis an. à nato Christo 841. Præfuit 11. annis, obiit in vigilia S. Mathie, anni Christianorum 852. animi in merore, quòd eodem anno summum templum Herbipolense, fulmine tactum, cum omnibus Ecclesiæ ornamentis destraxisset.

9. S. Anno, vel Amto, successit Episcopo Godeboldo: præfuit laudabiliter an. 26. mensibus 6. diebus 12. sub Imperatoribus Carolo Calvo, Carolo Crasso ac Arnolpho, quibus omnibus charissimus, plurima etiam ab ipsis insignia privilegia effe consequans. Instauravit collapsam Basilicam Cathedralē felicissimè. Obiit 13. Julii, anni à nato Christo 891. in expeditione in colunibus mansit. Reliqua tota multitudine, Principes, Episcopi, nobiles ac milites, summi & infimi conveniunt, inter quos multi statim expirant, multi graviter læsi & mutilati sunt. Ibi Episcopus Bruno tam miserè etiam & inclementer exceptus est, ut 7. die post hunc casum, in eadem arce naturæ debitum abolveret, 27. videlicet die Maji, anni 1045.

10. Rudolphus, alius Radulphus, Thuringiæ Landgravius præfuit Episcopatu Herbipolensi ab Imperatore Arnolpho, an. Dom. 892. in cuius castris militaverat antea cum duobus germanis fratribus, Conrado ac Gebhardo, contra Normannos. Obiit cum omnium suorum publico gaudio, 3. Augusti an. Dom. 908. cum præfuisset annis 16. dieb. 2.

11. Dietho, vel Theodo, eruditus ac prudentissimus Neobadani monasterii cenobita, eligitur in Episcopatum Herbipolentem an. 908. Præfuit utilissimè & summa cum laude ac omnium admiratione 24. annis: mortuus est anno 932.

12. Burcardus ex Abbate Hirsfeldensi eligitur in Episcopatum Herbipolentem ab Imperatore Henrico Aucupe: præfuit annis 9. mensibus 3. diebus 23. prudentè ac utilissimè. Decessit ex hac mortali vita in die Annuntiationis Mariæ, anno Dom. 941.

13. Poppo primus, Burgavii Herbipolensis filius, Othonis Magni cognatus, constituitur Episcopus Herbipolensis ab eodem Domino Othone Imperatore, cognato suo: à quo insignia privilegia consequutus est, quòd videlicet Canoniarum Herbipolensium collegium semper deinceps liberam debet habere potestatem eligendi Episcopum à sui Capituli Canonicis, decedente aliquo Antistite. Præfuit summa cum prudentiâ ac laude, annis 19. mensibus decem, diebus quatuordecim. Decessit ex hoc seculo 15. Februarii, an. 961.

14. Poppo secundus junior dictus, parvus Popponis primi, etiam Burgavii Herbipolensis, quem quidam Othonis Magni Imperatoris è sorore nepotem fuisse volunt. Eligitur juxta tenorem privilegii ab Othone dati, unanimi Canoniarum consensu, secunda Martii, an. Dom. 961. Sedit ad elavum Episcopatus annis viginti tribus, mensibus quatuor, fideliter, prudentè ac utiliter. Obiit anno 984.

15. Hugo Othonis secundi Imperatoris Cancellarius, ac supremus intimusque Consiliarius, eligitur in Herbipolentem Episcopum unanimibus totius cleri suffragiis, anno Dom. 984. Præfuit annis quinque, mensibus septem, diebus uno & viginti: obiit anno 989.

16. Bernuoldus Comes à Rotenburg ad Tubaram, venit primus ex Academia Parisiensis ad Monasterium Hirsingense, in Spirensi Episcopatu suum: inde à Leopoldo Abbate Herbipolin, in novum S. Andreae Cenobium ab Hugone Episcopo institutum, missus, cum religiosissimè ac piissimè sub Ardoldo Abbate vixisset, vocatus est, mortuo tandem Hugone, unanimi totius Ecclesiæ consensu, ad Episcopatus Herbipolensis gubernationem: in quo fecit summa cum laude annis quinque, mensibus 8. diebus 18. Decessit anno 995.

17. Henricus Comes à Rotenburg ad Tubaram, propter brevem eorporis staturam à prima infantia Comes Hezelinus, & postea etiam Episcopus Hezelinus dictus, subrogatur cognato suo, consensu totius Cleri. Præfuit sapientissimè ac utilissimè annis viginti duobus, mensibus quinque, diebus 20. Sub hoc Episcopo institutus fuit Episcopatus Bambergensis. Obiit autem ille anno 1018.

18. Meginardus eligitur à toto clero in Episcopatum, præfuit S. Chilianii patrimonio benè & utiliter an. 15. mensib. 10. diebus

A diebus viginti duobus. Erat consiliarius Imperat. Henrici II. à quo multa insignia privilegia consecutus est, & potestatem eudenda moneta: Interfuit anno Domini 1020. comitiis Bambergensibus. Desit esse inter mortales in die S. Mathie Apostoli, an. Dom. 1033. sub Imperatore Conrado secundo.

19. S. Bruno Comiti Carinthiæ Ducis filius, eligitur in Episcopatum Herbipolentem ab unanimiter consentiente clero, an. Dom. 1033. Præfuit summa cum laude annis 11. uno menſe dieb. 14. Construxit, & illustravit magnificentiſſimis ædificiis Cathedralē S. Chilianii Ecclesiā: alia etiam totius Episcopatus templa pulchrè reficiens ac exornans, in quæ omnem patrimonium suum contulit. Præfuit Episcopus eximie doctus, scriptis commentarium in Psalterium Davidicum, qui exar. An. Dom. 1045. proficiscitur cum Imp. Henrico Nigro, ac multis aliis Germaniæ principibus, in Pannonias: cum autem in superioribus Pannoniæ castris quodam Bosenburgo, è regione Ispenis oppidi ad Danubium sito, peneoçaret Imperator cum omnibus Principibus, ipſi Maji vigesima die, concidit ejusdem arcis fibilime ac ruinofum cœnaculum, fœt solarium, in quod B jam cœnandi causa tota Cæſaris aula convenerat. Imperator ruente cœnaculo, apprehensa fenestra, singulari Dei protectione incolumis mansit. Reliqua tota multitudo, Principes, Episcopi, nobiles ac milites, summi & infimi conveniunt, inter quos multi statim expirant, multi graviter læsi & mutilati sunt. Ibi Episcopus Bruno tam miserè etiam & inclementer exceptus est, ut 7. die post hunc casum, in eadem arce naturæ debitum abolveret, 27. videlicet die Maji, anni 1045.

20. Adalbero Comes à Laymbach eligitur in S. Brunonis successorem, unanimi totius Capituli Herbipolensis consensu, anno à Christo nato 1045. Præfuit laudabiliter ac utilissimè annis quadraginta integris: fecit ex S. Stephani Canoniarum collegio, cenobium Ordinis Divi Benedicti, vocatis in id triginta Monachis. Ejicitur ex Episcopatu, an. Dom. 1084. ab Imperatore Henrico IV. Constituitur in ejus locum Meginardus quidam. Verum paulo post Meginardus ex Urbe iterum ejicitur, Adalbero restituitur. Sed redeunte tandem Imper. Adalbero clam aufugit, & ad Monasterium suum rediit, an. Dom. 1085. Meginardus verò restituitur, qui cum tribus annis præfuisſet, tandem an. Dom. 1088. ex hac vita evocatus est. Post quos mortem & si revocaretur ab Henrico V. Adalbero, tamen diuè noveçanti fortuna non diutius fidendum existimans, in suo Monasterio quietè vivere, & præsentibus uti maluit, quam alibi cum summis vite periculis ea iterum apperere, quibus jam se excidisset, & quorum possessio incerto esset. Sic duobus annis adhuc post mortuum Meginardum superſtes, tandem 6. Octobris an. à nato Christo 1090. ex hac vita emigravit.

21. Meginardus II. literarum peritus, ac vite sanctimoniam, nemini mortalium sita erate secundus, eligitur, ejectione ex Herbipoli Adalberone, ab Imperatore Henrico IV. an. Dom. 1084. Præfuit cum summa difficultate tribus annis ac aliquot mensibus, semel iterum ejectione, ac demò ab Imp. Henrico IV. restituitur. Obiit an. 1088. vigesima sexta Junii, superſte adhuc antecessore suo Adalberono.

22. Aynhardus, ab aliis Emmenhardus dictus, constituitur ab Henrico V. Episcopus Herbipolensis, an. Dom. 1088. Præfuit summa cum laude an. 15. mensibus 8. diebus tribus, & periculosis temporibus, quibus Imp. contra Pontificem, patrem Henricus IV. contra filium Henricum V. & filius contra patrem grassabantur. Decessit ex hoc calamitofio seculo ad beatarum animarum domicilium penultima Februarii, anni à nato Christo 1104.

23. Ruperus eligitur à Rege Henrico V. ac toto clero, ex Præposito summi Collegii, in Antistitem ac præcipuum gubernatorem Ecclesiæ Herbipolensis: vir & sapientia & doctrina ac virtute eximia præditus, omnibusque cum summis tum infimis ex æquo charus. Præfuit duobus tantum annis, bis ab Henrico VI. ex Herbipoli ejectione, totiesque ab Henrico V. restituitur. Obiit an. Dom. 1106.

24. Erlangus, vel Ehringus, Canonicus & Capitularis, hoc est, unus ex senatu summi Ordinis Canoniarum, eligitur an. 1104. ab Imp. Henrico IV. contra Ruperum Canonicum à toto Clero designatum Episcopum. Is vivente Rupero ab Henrico V. bis ejicitur; bis ab Henrico IV. restituitur: sed ab Henrico V. tertio etiam ejectione, vivente Rupero Herbipolim non amplius rediit. Tandem fidei virtute & morum lenitate, senatu Canoniarum reconciliatus, clementem & propitium Henricum V. etiam habere cœpit, quandoquidem mortuo jam

Henrico IV. omnia odia, omnes tumultus ac tempestates Germaniæ pulchrè subsedissent. Mortuo itaque Rupero Episcopo, unanimi totius Cleri consensu assumitur & confirmatur in Episcopatum Herbipolentem. Sedit ad gubernaculum Ecclesiæ & provincie summa cum laude ac felicissimè, an. 16. dieb. 11. propter insignem sapientiam suam Henrico V. factus charissimus, qui ejus consilio postea semper in summis Imperii negotiis uti solebat, ad annum usque Christi 1115. Decessit ex hac lacrymarum valle in Natali Dom. Ann. Christianorum 1122. cum per integrum quadriennium gravissimè decubisset.

25. Ruggerus eligitur paucis diebus post mortem Erlangi, à toto unanimiter ac concorditer consentiente summi collegii Clero, in Episcopatum Herbipolentem ac Ducem Francie Orientalis: Oppositum autem se huic electioni Imp. Henricus V. volens jus eligendi & constituendi Episcopum ad se potius quam ad clerum pertinere: constituit itaque contra Ruggerum, juvenem quendam Canonicum Gebhardum Comitem Hennebergensem. Hoc Schisma paucis mensibus post compositionem ac pacatum est in Comitibus Vormaciensibus per legatos Pontificis Cardinalem S. Angeli, & Cardinalem S. Stephanum in monte Cælio, qui à Romano Pontifice huic missi erant è Roma in Germaniam, ut turbæ ac motus ibi orti per eos componerentur. Ab his Cardinalibus talis lata est sententia inter duos illos Herbipolenses Episcopos, ut cederet Gebhardus: Ruggerus verò gubernatione libera potiretur. Hæc compositio non diu valuit, finitis enim Comitibus, & legatis jam Romam reversis, Ruggerus ab Hennebergensi Gebhardo, Henrici V. auxiliis ac prædiis, Urbe iterum ejicitur, an. Dom. 1125. Ille verò in Monasterium Schwartzacense abiens, impetrata aliqua Episcopatus parte, provincia videlicet ad Nicrum sita, ea contentus, quietè reliquam vitam in cenobio transegit, vivens ibi ann. adhuc quinque. Obiit Ruggerus peste an. 1130.

26. Hezelinus Comes à Leyningen, eligitur post mortem Ruggeri, & resignationem Gebhardi, à consentiente Clero Herbipolenti: præfuit 14. mensibus, & Bergam profectus, subito ibi ex hac vita emigravit, an. Dom. 1131. Hunc aliqui Catalogi omnino prætereunt, quòd fortassis morte præventus, confirmationem ex Romana Curia non consequutus sit, nec consecratus etiam fuerit.

27. Embricho, vel Imbricus, subrogatus à toto Capitulo Canonicè ac concorditer electus an. Dom. 1131. legitur fuisse Comes Leyningensis. Præfuit summa cum laude an. 16. Fuit apud Imp. Lotharium Saxonem ac Conradum Stuevum in summa existimatione, ac utriusque intimus Consiliarius.

28. Sigefridus eligitur an. Dom. 1147. præfuit piè ac laudabiliter annis sex. Obiit peste an. 1153.

29. Gebhardus Comes ab Henneberg, five ille qui antea ab Imper. Henrico V. Canonicorum Collegio obrudebatur contra canonicè electum Ruggerum, five alius: successit Episcopo Sigefrido unanimi totius Capituli consensu: confirmatur Romæ, ab Adriano quarto clementer exceptus. Præfuit laudabiliter ann. 8. mensibus sex, diebus 15. Obiit verò anno Dominicæ Incarnationis 1161.

30. Henricus II. eligitur an. Dom. 1161. præfuit an. tribus laudabiliter ac optimè, menſe item uno, diebus 14. Adfuit Imper. Friderico Barbaroffæ gravissima obſidione cingenti Mediolanum. Obiit an. Dom. 1165.

31. Heroldus successit Henrico canonicè ac legitimè electus, vir sapientia ac virtute insigni præditus. Præfuit utilissimè an. 8. mensibus quinque, diebus tribus. Obiit an. 1173. Sub hoc Episcopo iterum habita sunt ab Imp. Friderico Barbaroffa amplissima comita Herbipoli, an. Dom. 1166. quo anno confirmavit Fridericus Imp. sub aureo sigillo isti Episcopo privilegia Herbipolensis Episcopatus, præsertim verò illa quæ ducatum Francie Orientalis ex donatione Caroli Magni ad Episcopatum legitimè pertinere contestantur.

32. Reinhardus, alius Rehenhardus, subrogatur Heroldo ab unanimiter consentiente Canoniarum summi Collegii senatu. Præfuit an. 10. Fuit Romæ apud Pontif. Max. Lucium III. an. Dom. 1181. Emigravit ex hoc lugubri seculo, in die S. VII. an. Dom. 1182.

33. Godefridus nobilis heros à Pfemberg, Friderici Barbaroffæ Cancellarius, eximia virtute, doctrina, & sapientia præditus, eligitur anno Dom. 1182. Præfuit an. quatuor. Construxit de novo Cathedralē Basilicam Herbipolentem ex quadrato lapide. Comitatus Imp. verſus Syriam, moritur an. 1186.

34. Henricus tertius hujus nominis, eligitur concordibus totius

A totius Capituli vocibus ac suffragiis, ann. Dom. 1186. Praefuit sex ann. 8. mensibus & 7. diebus, etc. Tritemius aliter sentiat. Obiit autem anno incarnati Verbi 1193. reuerfus ex Asia.

35. Godefridus secundus hujus nominis eligitur concordibus Capituli studijs, anno Domini 1193. Praefuit annis quinque, mensibus 4. diebus tribus: Esti Tritemius iterum dissentiat. Decessit an. 1198.

36. Conradus eximia doctrina & sapientia praeditus, Imperatoris Henrici sexti Cancellarius antea fuerat, cujus patrocinio & intercedentibus precibus obtinuit Episcopatum Hildesheimensem in Saxonibus; cui cum aliquandiu sapientissimè ac utilissimè praefuisset, vocatus est tandem, Henrici sexti etiam patrocinio aditus, Canonicisque Herbipolentibus dudum insinuatus ac studiosè commendatus, ad clavum ac gubernaculum sedis Herbipolentis, an. Domini 1198. Interfectus à Sicariis, quos gravioris sceleris redarguerat, in Vig. S. Barbarae anno 1203.

Quomodo verò ulius fit hanc indignissimam eadem Roman. Pont. Innocentius III. & quomodo Sicarios hocce perfidissimos puniverit, longum est recensere: legitur tota historia Herbipoli in tabula propè summam aram parieti chori appensa.

37. Henricus hujus nominis IV. Ex Parisiensis Gymnasii celeberrimo Professore, amore patriæ in Franciam Orientalem reverso, primum Canonicus, postea successu temporis Decanus summi Collegii factus, ita laudabiliter vixit, ut post miseram illam Episc. Conradi eadem, à Rege Philippo Ecclesiam commendatus, unanimitè consilio & sententia totius Capituli, eligere in Herbipolentem Antistitem. Praefuit tribus annis & aliquot mensibus. Obiit ante adeptam confirmationem Pontificiam, an. Domini 1206.

38. Otho Mylius vir summa sapientia & prudentia praeditus, eligitur in Episcopum Herbipolentem, anno à Christo nato 1206. Praefuit laudabiliter & prudentissimè, & utilissimè an. sedecim mens. 5. Obiit in die S. Nicolai, an. Dom. 1225.

39. Theodoricus successit Othoni Episcopo canonice electus: praefuit 15. mensib. Evocatus est ex hac lacrymarum valle, anno Dom. 1224.

40. Hermannus Mylius: Othonis Episcopi ex fratre nepos, eligitur in Episcopum Herbipolentem à toto summo Clero: sed detur clavum & gubernaculum Ecclesiae annis 26. Obiit anno Dom. 1250.

41. Heringus, alius Eringus, eligitur in Hermannum successorem, anno Christi 1250. praefuit annis 16. Irrogavit maximas multas seditionis Urbibus Herbipolentis ac Roemburgensibus: fuit praeter omnem mediocritatem crudelis in duodecim strenuos viros de veteri lapide, quos in arce Altenstein post factam & firmatam amnistiam, convivio ab ipsis exceptus, contra hospitalitatis jus, contra datam fidem, peracto prandio, evocatis ad se in conclave quodam singulis, capite multari ac crucidari iussit omnes: à quorum ultimo Heerdegenio equite auxilio, solum tandem sentiente, graviter vulneratus, nasum amittit. Obiit Heringus iste anno redempti orbis 1266. imperante Rudolpho Heiburgio.

42. Conradus Comes à Trymberg, successit Heringo, anno Domini 1267. Is confirmationem petitus, Romam sequente anno profectus, cum omnia ibi bene expedivisset, & jam Herbipolum cum diplomatibus Pontificiis redire vellet, incidit in gravissimum morbum, quo confectus, in itinere obiit: sed ubi aut quo loco sepultus, id nuncquam invenitur.

43. Bertholdus Dominus à Sternberg, successit Conrado legitime & concorditer electus, anno 1268. Quando praefuit, certò dicere non possum. Alicubi enim anno Domini 1282. alibi verò an. 1287. eum ex hoc saeculo emigrasse invenio. Fuit eximia virtute ac viri integritate praeditus, & qui studio ac prudentia summa praefuit, & Episcopatu plurimum profuisset, si in tranquilla & pacatiora incidisset tempora.

44. Mangoldus Archimagrus à Nevenburg: ex praeposito summi Collegii factus est Episcopus & Dux Francorum; sed quo anno, certò dicere non possumus. Praefuit prudenter & utilissimè ad annum Christi usque millesimum secundum, quo legitur ex hac lacrymarum valle ad aliam patriam emigrasse.

45. Andreas Baro à Gundelingen, constituitur ex Mosbacensis Onoldipachiani ac Oringavienfis Ecclesiarum collegiarum Praeposito, in Episcopum Herbipolentem, unanimitè consensu totius Cleri, an. Dom. 1302. Praefuit summa prudentia & laude annis tredecim. Obiit an. Dom. 1315.

46. Godefridus tertius eligitur in Antistitem Herbipolentem ac Francorum Ducem post mortem Andree: praefuit Episcopatus prudentissimè an. 7. Obdormivit an. 1322. Aliqui tamen Catalogi alios habent numeros, aliam supputationem: illi novem eum annis praefuisse affirmant.

47. Volframus successit mortuo Godefrido, praefuit in summis temporum difficultatibus (cum propter ingens schisma inter Imp. Ludovicum Bavarum ac Pont. Max. Joannem XXII. subortum, tum quòd iterum novas moveret seditiones Urbis Herbipolentis, nec huic Episcopo admodum propitia) an. 11. Obiit ultima Julii, an. 1333.

48. Hermannus Alata, Canonicus Spirensis, ac Ludovici Baviarum Cancellarius, eligitur in Episcopum Herbipolentem à Ludovico Bavo Rom. Imp. & ab ea Canonico parte, quae eidem Caesari Ludovico favebat: ab alia verò, Pontificia videlicet, constimebatur Dominus Otho Vvolkelius, vir nobilis, ac Herbipolentis Cathedrae Canonicus: qui à Pontifice Joanne XXII. ac Benedicto XI. ejus successore confirmatus, Episcopatus possessionem faciliè consequutus est, non tamen citius quam post biennium: tum resignavit Episcopatum, ac pacato animo cessit huic Othoni Episcopo Hermannus, anno videlicet Domini 1335. Mens. Aug.

49. Otho Vvolkelius eligitur per discordiam anno 1333. contra Hermannum, & tamen à majori parte Canonico summi Collegii: sed durante adhuc schismate inter Ludovicum Bavarum ac Pont. Max. Joannem XXII. Hermannus aliquandiu à Caesare defensus est: qui videns Othone Pontificia auctoritate confirmatum esse, ac se diutia pacatam gubernationem retinere non posse, cessit Othoni bona pace, suis Canonicatibus contentus. Venit igitur Otho Herbipolim 30. Augusti, an. 1335. ex arce Rosenberg, in qua antea habitabat. Praefuit laudabiliter an. 10. Decessit Episc. iste Otho ex hac mortali vita, decima tertia Augusti, an. 1345. cum convocatis prius ad se Canonicis summi Capituli omnibus, longa oratione ad studium concordiae, & fraternae charitatis cohortatus esset.

50. Albertus Comes ab Hohenberg, Decretorum Doctor, Canonicus Constantiensis Ecclesiae, cujus ab aliqua ejus loci Canonico parte gubernator & Episcopus post Rudolphum mortem postulat: erat: mittitur mortuo Episcopo Othone ad gubernandum Episcopatum Herbipolentem à Pont. Max. Clemente VI. est tenatus summi Collegii Canonico unanimitè suffragis elegit jam Albertum Comitem de Alta flamma. Veniens autem Herbipolim à Romano Pontifice confirmatus, Alberto de Alta flamma liberè cessit, an. Domini 1349. Sequenti an. vocatus ad Frisingensium Episcopatus gubernationem, novem ibi annis laudabiliter praefuit, valedicens huic vitae, an. Incarnat. filii Dei 1359.

51. Albertus Comes de Alta flamma, vulgò Hohenlobe, summi Canonico Herbipolentium Collegii Praepositus, unanimitè consensu totius Capituli eligitur an. Domini 1345. Erat vir insigni virtute, qui & prudenter & utiliter praefuit à prima electione viginti sex an. integris. Obiit an. 1372.

52. Gerhardus Guntheri Imperatoris, ut aliqui volunt, germanus frater, Episcopus Neuburgensis, ac Citzensis, à Carolo IV. Rom. Imp. Pontifici Max. Gregorio XI. diligentissimè commendatus, ab eodem Episcopo Herbipolentis ac Francorum Dux constituitur ac confirmatur: à Carolo verò IV. statim Regularibus ac feudis investitur, an. Dom. 1372. Cum Mammillensium Episcopatu praefuisset sapientissimè annos 10. decessit ex hoc mortali saeculo, an. Domini 1382. mens. Novembri, reliquens Ecclesiam & sedem Episcopalem in summa paupertate.

53. Joannes Egloffstein, vir equestris Ordinis apud Ostrofrancos: primum vivente adhuc Episcopo Gerardo, ex praeposito summi Collegii Coadjutor Episcopi Gerardi factus: jam mortuo etiam Gerardo, ab aliqua dissentientis Capituli parte subrogatur: Eligitur autem ab alia ac adversaria parte Eberhardus Comes à Vvertheym. Hoc schisma ad extremam inopiam redegit Episcopatum, nisi Imperator Rupertus Palatinus, sua auctoritate interposita, Eberhardum cedere iussisset, & suo suffragio Joannem Coadjutorem adjuvasset: Praefuit autem quietè, fideliter & prudenter, ac longè utilissimè novem an. Obiit in Forthenheimio Episc. Bambergensis oppido subito & sine venae suspitione, 9. Januarii, an. Dom. 1412.

54. Joannes eligitur unanimitè totius Capituli consensu, an. Dom. 1412. Praefuit, sed non admodum utiliter, an. 29. Erat Episcopus eximia prudentia, sed admodum sumptuosus ac prodigus, & qui Episcopatum extremè exhaustit. Resignavit

A vit Episcopatum tandem an. Dom. 1441. Sigifmundo Saxoniae Duci, quem antea jam totius Capituli consensu in Coadjutorem assumperat.

55. Sigifmundus Saxoniae Dux, & Marchio Misniae, frater Guillelmi de Friderice: primum Episcopi Joannis Coadjutor, tandem eo mortuo, à Rom. Pontifice in Episcopum Herbipolentem confirmatus. Praefuit annis tribus omnino pueriliter, & an. Dom. 1444. retenta sibi annua pensione, Episcopatum Canonicorum tenentium resignavit, & in Saxoniam ad fratres suos rediit, imperante Friderico III.

56. Godefridus successit Sigifmundo Episcopo, electus unanimitè totius Capituli Herbipolentis suffragis. Sedit ad clavum Ecclesiae & Ducatus, summa fide ac prudentia administrans omnia, annis duodecim. Erat Princeps severus, nemini quicquam condonans, qui ab omnibus vicinis Principibus reverebatur. Absolvit naturam debitam circa Festum Palmatum, an. 1455.

57. Joannes successit Godefrido, canonicè ac legitime electus, an. Dom. 1455. Praefuit optime ac utilissimè an. 11. vir mitis, placidus, & qui benevolentia & clementia sua omnium sibi conciliaret favorem & amorem. Decessit ex hac lacrymarum valle die Veneris post festum Dominicæ Resurrectionis, an. Dom. 1466.

58. Rudolphus subrogatur Joanni Episcopo ultima. Aprilis ejusdem anni, quo antecessor ex hac vita emigravit. Praefuit summa cum virtute ac laude an. 29. quibus Episcopatum ita refecit, auxit & ampliavit, ut ejus non gubernator, sed secundarius funditor dici mererò debeat. Obiit Lithias 29. Aprilis, anni à Christo nato 1495. imperante D. Maximiliano: aetatis fuit anno, ut aliqui volunt, centesimo, ut alii placet, 93.

59. Laurentius eligitur unanimitè consensu totius Capituli, 17. Maji, an. 1495. Praefuit Episcopatu laudabiliter an. 24. ita ut eidem summe etiam profecisset. Obiit plenus dierum, anno 1519. ipse die S. Dorothae.

60. Conradus Ostrofrancicus eligitur concordibus totius summi Canonico Collegii suffragis, an. Dom. 1519. Praefuit annis uno & viginti laudabiliter & utilissimè: obdormit à suis graviter in seditione rusticorum conjunctione. Emigravit ex hac calamitosa vita anno salutis 1540. mens. Junio.

61. Conradus à Bira, eligitur unanimitè totius Canonico Senatus consensu prima Julii, anno à Christo nato 1540. Praefuit laudabiliter 4. an. 40. dieb. Obdormivit in Domino anno gratiae 1544. octava Augusti.

62. Melchior Zobelius, corporis & animi bonis insignis heros, ex summi Canonico Senatus Decano in Episcopum Herbipolentem, ac inchoatæ Franciae Orientalis Ducem, eligitur unanimitè & unanimitè totius Capituli consensu, 19. Augusti, anni à nato Christo 1544.

EPISCOPUS AUREATENSIS, SIVE ACHYSTADENSIS.

Episcopus Aychistadianus, olim ab Aureati vetustae Urbis (quam Hunni vastarunt) ruinis, reliquiis ac rudibus, Aureatensis appellatus, ad Almonum vel Alcinum Notici amnem fluvius, cepit anno Christi circiter 744.

1. Primus hic Episcopatum inivit Vvilibaldus Richardi Anglorum regis ex S. Bonna D. Bonifacii I. Moguntini Archiepiscopi sorore filius, à S. Bonifacio Archiepiscopo Moguntino, an. Dom. Incarn. 745. Is ex officio quereceto circa Almonum amnem, primum instituit Benedictini cenobium ibi condere cepit, in quo ppi Sacerdotes Deo diligentissimè servientes, exemplo suo multos saeculares etiam homines (ut eundem locum incolerent) ad se invitavit: quibus undequaque certatim ad religiosorum hominum consuetudinem assistentibus, ac trigulio sibi propè Monasterium adificatis, munivit Episcopus Vvilibaldus cum Monasterium, tum aedes illas privatorum hominum ac mechanicas artes exercerecunt mure ac fossis, appellans jam illi oppidum, ab exiis querecibus, Aychistadiam, quasi oppidum succiarum querecum loco conditum: Est ab aliquibus etiam Ebeftadium appellatum item in memoriam veteris ab Hennes vastatae Urbis Aureatensis: Praefuit verò utroque vocabulo, & Aychistadianus & Aureatensis. Praefuit S. Vvilibaldus Aureatensi Episcopatu annis 36. summa cum laude sapientia, pietatis ac bonae administrationis. Donatus à S. Bonifacio tali privilegio, ut Episcopus Aychistadianus omnium, qui Moguntino Archiepiscopatu suffraganeatus titulo subiant, summus sit ac dignissimus: Et ut Episcopus ejus loci semper sit Cancellarius

Archiepiscopi Moguntini, & in omnibus Conventibus ac Synodis sedeat à dextris Archiepiscopi. Obiit anno aetatis 60. Christi verò 760.

2. Gerochus & genere & virtute nobilissimus, successit S. Vvilibaldo in gubernatione Episcopatus Aureatensis, an. Dom. 782. Praefuit laudabiliter annis 29. Constituit magnificam Basilicam Aureatensem, dedit Ecclesiae aram portabilem è solido auro. Decessit an. 802. Imp. Carolo Magno.

3. Aganus subrogatur Episcopo Gerocho, praefuit & pie & prudenter annis 17. Emigravit ex hoc lugubri saeculo, sexta Novembris, anni à nato Christo 819. Legitur fuisse innocens ac sanctissimae vitae, nullius rei aequè studiosus, quam propagandae, & illustrandae Christianae fidei.

4. Adelungus eligitur in Episcopum an. Dom. 819. Praefuit annis viginti duobus: Decessit ex hac mortali vita 25. Augusti, anno Dom. 841. imperante Lothario I.

5. Altinus successit Adelungo, praefuit an. 17. Mortuus est 21. Febr. an. Dom. 858. imperante Ludovico II.

6. Odgerus constituitur Episcopus Aychistadianus, anno Dom. 858. laudabiliter praefuit viginti tribus annis. Obiit septima Julii, an. Incarn. Dominicae 881.

7. Godefridus constituitur antistes ac praefuit Ecclesiae Aychistadianae ab Imperatore Carolo Crasso: Praefuit unanimitè tantum tribus, & duodecima Novembrium, anni à nata salute sempiterna 884. in Domino obdormivit.

8. Erckenvaldus ex posteris Caroli Magni summo loco natus, eligitur in praefulem Aureatensem, an. Dom. 884. Praefuit 18. annis prudentissimè ac utilissimè. Obiit an. 902.

9. Udelfridus eligitur unanimitè consensu Cleri ac populi in successorem Erckenvaldi, an. Dom. 902. Praefuit utilissimè annis uno & triginta, sub Imperatoribus Ludovico III. Conrado I. Henrico Aucupe; quibus omnibus fuit longè charissimus, & à quibus plurima impetravit insignia suis Ecclesiae privilegia. Decessit ipse Jan. Kalendis, anni à nato Christo servatore 933.

10. Starchandus successit Episcopo Udelfrido, vir obplurimas insignes virtutes omni laude dignissimus, S. Ulrico Augustano Episcopo conjunctissimus. Praefuit laudabiliter annis triginta duobus.

11. Reginoldus vir doctissimus, trium linguarum egregie peritus, Muscus eximius, tribus Othonibus Imperatoribus longè charissimus, à quibus multa insignia privilegia consecutus est. Eligitur in Episcopum Aychistadianum post mortem Starchandi. Praefuit laudabiliter ac utilissimè annis 24. Obiit quarta Aprilis, an. Dom. 989.

12. Megingofus, vel Megingandus, eligitur in Antistitem Ecclesiae Aureatensis, an. sal. 989. Praefuit ei fidelissimè an. 24. Evocatur ex hac vita 22. April. an. 1014.

13. Gundecarus, alius Gunzto appellatus, constituitur Episcopus Aureatensis an. Dom. 1014. ab Imp. Henrico Claudio Beberbergensis Episcopatus fundatore. Obiit vicesima Decembr. anni à nato Christo 1019. Nordlingum Rhaetiae oppidum sub hoc Episcopo permutacionis jure ab Episcopo Aychistadiano ad Ratisbonensem devolutum est.

14. Vvaltherus successit Gundecaro, praefuit annis duobus fideliter: Aditurus Romam propter certa quaedam Episcopus sui negotia, obiit in itinere apud Ravennates, ubi & terrae in Archiepiscopali templo reddus est, 20. Decembr. an. 1021.

15. Heribertus eximia doctrina ac sapientia praeditus, est genere etiam nobilis, tamen virtute multarumque optimarum Hildisplinarum cognitione ac vitae integritate longè nobilior, eligitur in Episcopum Aychistadianum an. Dom. 1041. Praefuit laudabiliter annis uno & viginti. Condidit multos egregios Hymnos, quorum adhuc unus est in Ecclesia Aychistensi: mortuus est anno 1041.

16. Gozmannus germanus frater Episcopi Heriberti, eligitur in fratris successorem unanimitè consensu totius Cleri, an. Dom. 1042. Praefuit duobus saltem mensibus, dedicavit & consecravit, unà cum S. Brunone Episcopo Herbipolenti, magnificè constructum templum S. Vvulburgis: inter ea solemniter subito morbo correptus, post triduum moritur.

17. Gebehardus juvenis quidem aetate, sed doctrina sapientia & morum gravitate prudentissimis scribitis aequiparandus, eligitur in Episcopum Aychistadianum, an. 1042. unanimitè totius Canonico Collegii consensu. Erat iste in maxima apud omnes Imperii proceres estimatione, ita ut uteretur ejus consilio

A. In his in maximis Imperii negotiis Imp. Henrico, Romam missus a Germaniae Episcopis, Leonis IX. in Pontificatu, sub nomine Victoris II. sufficitur. Sedit ibidem annis 2. mensibus 3.

18. Gundecardus Agnetis Imperatricis facellanus, Spira ab Henrico Rege, cuius praecipuus erat consiliarius, Episcopatu Aychstadiano praeficitur, post resignationem Gebhardi Pontificis Maximi, an. Dom. 1057. qui haecenus Episcopatu sese non abdicarat. Praefuit fideliter ac utiliter annis octodecim. Emigravit anno 1075.

19. Udalricus eligitur unanimo consensu totius Capituli, an. 1075. ac desingitur hac vita anno 1098.

20. Eberhardus fit Episcopus Aureatensis an. Dominica Incarnationis millesimo nonagesimo octavo. Praefuit periculosis temporibus summa cum laude & eximia moderatone, annis tredecim. Interfuit Synodo Moguntina, in qua actum est ab omnibus Imperii statibus de tollendo gravissimo schismate, quo tunc temporis erat inter Henricum IV. Imp. ac Gregorium VII. Pontificem Maximum. Ubi Eberhardus Episcopus Romam ablegatur, ut Germaniam apud Romanum Pontificem excusaret, ac omnem obedientiam polliceretur Ecclesiae a se sedi Romanae. Sed is Romam petens, Imp. Henrico IV. proditus, in Tridentinae vallis angustiis ab Adalberto Regio quodam praefecto capitur, sed mox a Guelphone arma adversus Adalbertum sumente magnanimiter liberatur. Aychstadium igitur revertens, postea domi manens, summo studio Ecclesiae suae praefuit, quam multis bonis pagis ac utilissimis praediis egregie etiam dotavit ac auxit. Obiit sexta Januarii, anni a nato Christo 1112.

21. Udalricus II. huius nominis: eligitur post mortem Episcopi Eberhardi. Praefuit fideliter ac utilissime an. 17. Obiit peste contemptus, tertia Septembris, anni a nata salute humani generis millesimo centesimo vigesimo quinto. Fuit summus amicus ac benefactor sui Cleri.

22. Gebhardus, & ipse huius nominis secundus, eligitur in Episcopatu Aychstadiano, a suis maioribus olim fundati, gubernatore non ac antistitem, an. Dom. 1125. unanimitus suffragis. Praefuit summa cum laude annis 24. Interfuit Rhemensi Synodo in Gallis celebratae. Obiit decima septima Martii, anni a nato Christo 1148.

C. Burcardus homo simplex & ignavus consequutus est Episcopatu Aychstadiano gubernaculum ac fauces a Rege Conrado tertio. Praefuit annis quatuor. Romae accusatus ab Abbate Heydenholmo ob violentiam, & insignem ignaviam, ab Eugenio III. exautoratus est an. Dom. 1153. unde verus,

Non virtutis egens Burcardus, erat bene degens, Deceus Ecclesiae se facit esse sue.

24. Conradus constituitur & confirmatur ex Abbate cecobii Vvildpergensis Praefuit Episcopalis Ecclesiae Aychstadianae, ab Eugenio III. P. M. an. Dom. 1153. Fuit Friderico Barbarossa charissimus, a quo Rebdorfensi pago non procul ab Urbe ad Almonum amnem sito donatus est: Cumque annis octodecim laudabiliter ac utilissime praefuisset, decessit decima tertia Jan. an. Dominica Incarn. 1171.

25. Egilolphus eligitur concordibus suffragis an. 1171. Vir valde bonus ac humanissimus, sed afflictissima valetudine, & qui chiragrae primum miserè vexatus, actuos contractus, tandem obtinuit. Praefuit undecim annis, & an. Dom. 1181. Episcopatum liberè & summa cum gratiarum actione, quam manibus & gestibus expressit, resignavit.

D. Otto assumitur in locum resignantis Egilolphii ab unanimitate consentiente Clero: praefuit summo studio provehendi ac amplificandi Episcopatum annis tredecim. Religionis ac Ecclesiasticarum caeremoniarum studiosissimus, qui primus veniret ad templum, ultimus è templo discederet. Condidit sacellum Reurectionis Christi: emigravit ad superos an. Dominica Incarn. 1196.

27. Herdovicus ex Praeposito summi Collegii factus & designatus est Episcopus Aureatensis Ecclesiarum, an. Dom. 1196. canonicè ac legitime electus unanimo totius Ecclesiae consensu. Praefuit laudabiliter ac honestissime annis viginti octo. Mortuus est, secunda Maji, anno Dom. 1224. Imperante Friderico II. Extat de eo tale adhuc distichon:

Herdovicus vitam duxit virtute politam, Memore Deo gratas, praecleara virpe creatas.

28. Fridericus eligitur ab univerſo Capitulo in praesentem Hyltensem, mortuo Episcopo Herdovico. Praefuit an. duobus, ac optimè ac utilissime: evocatur ex hac momenta-

nea ad diuturniorem ac sempiternam vitam, anno Christianae salutis 1226.

29. Henricus designatur ex Augustano ac Aychstadiano Canonico in Episcopum Aureatensem an. Dom. 1226. Fuit rei familiaris & administranda Oeconomia studiosissimus. Praefuit autem tribus tantum annis, mensibus duobus. Obiit decima Jan. an. Christianae Redemptionis 1229.

30. Henricus II. eligitur in Episcopum unanimitus Capitularium omnium sententias, statim post mortem Henrici Zipplingensis. Praefuit laudabiliter & optimè annis quinque, mensibus tribus. Obiit ultima Julii, anno 1234.

31. Henricus III. praefuit fideliter ac foeliciter annis tribus. Obiit ultima Junii, anno 1237.

32. Fridericus II. vir eximie doctus ac sapientissimus. Praefuit prudentissime ac felicissime annis novem: Evocatur ex hac mortali vita 18. Junii, anno a nato Christo 1246.

33. Henricus IV. Praefuit bene ac utiliter 13. annis. Transiit in median Basilicam Cathedrali officia S. Vvilibaldi primi Episcopi. Obiit 12. Maji, anno redempti orbis 1259.

34. Angelhardus, alius Eckardus. Praefuit religiosissime ac utilissime annis duobus. Reddidit ex imis fundamentis summam Basilicam, hodie adhuc conspicuam, cum insigni ac memorabili choro S. Vvilibaldi: quem tamen morte preventus non absolvit. Obiit an. Domini 1261. Moguntiae in Synodo.

35. Hildebrandus praefuit laudabiliter ac optimè an. 18. Abolvit chorum S. Vvilibaldi, & ejus tumulum pulchre ibi collocari & adornari fecit, an. Dom. 1276. Obiit in Vigilia Annuntiationis B. Mariae, an. Dom. 1279. Imperante Rudolpho Habspurgo.

36. Reynoto eligitur uno omnium Capitularium ore. Praefuit summa prudentia, ac utilissime annis octodecim. Emit oppidum Spaltense arcis item Vverensellum ac Abenbergum cum adjacentibus terroris: reliquis Episcopatus arces pulchre inlastravit, ac muniores fecit. Obiit 26. Augusti. an. Incarn. Dominica 1297.

37. Conradus II. huius nominis, eligitur secunda Novembrii, anni a nato Salvatore 1297. & moritur anno 1305. Praefuit annis septem, mensibus octo.

38. Joannes ad Dierphey, doctrina multiplicata sapientia summa praeditus, Alberti Imperatoris Cancellarius ac intims consiliarius: Primum Basilicae Tigurinae Praepositus, tandem Aychstadianorum Episcopus. Avocatur an. Dom. 1307. ab ipso Pontifice Max. Clemente V. ad gubernationem Episcopatus Argentensis. De quo plura leges in *Argentensium Catalogo*.

39. Philippus Doctor sacrarum Scripturarum, & Abbas Patiensis, Cisterciensium Ordinis, missus una cum Joanne Episcopo Aychstadiano ab Imperatore Alberto Austro Romano, ibi a Pontifice Clemente V. ad praedium invitatus, Aychstadiano Episcopatu praeficitur. Joannes vero ad Dierphey, ipse quoque a Pontifice clementissime acceptus, Argentensis Episcopus designatur. Praefuit laudabiliter, an. 16. mens. 2. Decessit ex hac mortali vita vicefima 5. Febr. an. Dom. 1322.

40. Marquardus coadjutor antea aut Vicarius Episcopi Philippiper integrum sexennium, eligitur an. Dom. 1322. in Episcopum. Praefuit 2. tantum an. sed utilissime. Obiit an. 1324.

41. Gebhardus III. Praefuit laudabiliter an. 3. mens. 8. Sequitur Ludov. Bavarum in Italian, peste obit an. 1327.

42. Fridericus III. Abbas Monasteriorum Cisterciensium institui, Lanckheneymensis ac Eboracensis. Constituitur & confirmatur Episcopus Aychstadianus, anno Domini m.cccc.xxviii. a P. M. Joanne XXII. Sed non est receptus a Collegio Canonorum Aychstentium, qui interim Episcopatus gubernationem committunt Friderico Burgavio Noribergensi: qui mox ad Ratisbonensem Episcopatum gubernandum postulat, 24. annis ibi summa cum laude praefuit Fridericus Leuchtenburgensis ex hac vita decessit, an. Dom. 1339.

43. Henricus V. Canonicus Ratisbonensis & Praepositus Collegii S. Joan. constituitur Episcopus Aychstadianus ab eodem Pont. Max. Joanne XXII. an. 1339. Praefuit an. 5. utilissime, in quibus Reichennoviensem arcem acquisivit, & oppidum Herrieden manibus incluit, ac pulchre munivit: Veniente autem Imperatore ex Italia, coactus fuit cedere. Secesit itaque Noribergam an. Dom. 1344. ubi cum adhuc novem annis quietissime & omnino solitarie fere vixisset, absolvit tandem naturae debitum anno Domini 1343.

A. 44. Albertus de Alta rupe, antea summae Basilicae Praepositus, ac tandem Episcopatus etiam administrator: eligitur mortuo Episcopo Henrico V. a toto Capitulo in Episcopum, an. Dom. 1343. Praefuit laudabiliter ac utilissime annis septem, & an. Dom. 1351. a Clemente sexto evasoratur, eoque mittitur Bertholdus: sed ut erat natura placidus, mitis ac humanissimus, faciliè Albertum, virum etiam quietum, gubernationis consorcium tulit: donec cum Deus ex hac vita evocaret, quod factum est in Januario anni a nato Christo 1355.

45. Bertholdus Burgavio Noribergensis, anno ætatis suae 13. Teutonorum dominorum Ordini insertus, honestè ac laudabiliter in eo vixit, tandem, donec in Orientali Francia primùm, & tandem in Borussia etiam fieret Provincialis Comendator. His dignitatibus ac officiis praefuit laudabiliter ad annum usque ætatis suae tricesimum primum, tum an. Dom. 1351. a Pontif. Max. Clemente VI. Episcopum Aychstadianum designatur & confirmatur. Praefuit utilissime summa cum laude annis 14. atque hinc emigravit, an. 1365.

46. Rabanus, vel Rabano, qui antea aliquandiu etiam administrator fuerat, eligitur unanimo consensu Capitularium in Episcopum Aychstadianum. Confirmatur ab Urbano V. Pont. Max. apud Avinionem, in die S. Vvilibaldi, an. 1365. Praefuit sapienter ac utiliter an. 17. mens. 10. Obiit in die S. Lucae, anni a nato Christo 1383.

47. Fridericus IV. successit Episcopo Rabano, canonicè ac legitime electus an. Dom. 1383. ætatis suae an. 23. Consequitur est confirmationem a Pont. Max. Urbano VI. Praefuit summa cum laude ac utilissime annis triginta duobus. Obiit in Ayltensi Palatio Episcopali decima nona Septembr. an. a nato Christo m. cccc. xv. quo cepit Concilium Constantiense.

48. Joannes II. Bambergensis Praepositus, eligitur in Episcopum Aychstadianum anno Dominicae Incarnationis 1415. Praefuit fideliter 14. an. Obiit in die S. Erasmi, anni Christianorum 1429.

49. Albertus II. Praefuit optimè ac utilissime annis sedecim, ob incomparabilem humanitatem omnibus summae chartis, pacis etiam, ut ceteri ferè omnes antecessores, studiosissimus, ex hac ratione decessit 1445.

C. 50. Joannes III. Doctor sacrarum Scripturarum ac Pontificiarum legum, vir eloquens ac sapientissimus. Praefuit laudabiliter ac utilissime 18. an. mensibus tribus. Fuit Alberti II. Imp. Cancellarius, non ipsi solum charissimus, sed & omnibus Germaniae Principibus, in primis vero Pont. Max. Pio II. qui audiens cum ex hac mortali vita emigrasset, dixit Romae in publico omnium Cardinalium consilio: Ecclesiae merito deploranda esse mortem huius Episcopi, quae verè jam amittendam sui corporis columnam in Germaniam. Fuit acerimus Cleri reformator, Pauperum verò pater longè humanissimus. Obiit an. 1464.

51. Guillelmus praefuit sapientissime ac utilissime annis triginta tribus. Emit oppida, arces ac pagos plurimos Messingum, Ambergum, Hofticum, Reutenbuchum, &c. Fuit Imperatori Friderico III. & ejus filio D. Maximiliano longe charissimus, erat enim insigni virtute, eloquentia verò summa praeditus: de quo non inepte inter alia cantatus est versiculus iste, in quo & Soloni Atheniensium sapientissimo legislatori, & Salomoni sapientissimo regi assimilatur.

At tibi Salomus Mens, Praefuit, & Os Salomonis, Obiit 18. Novemb. anni a nato Christo 1496. tale Epitaphium in Cathedrali foris:

Magnam si qua viro tribuit Sapiencia laudem, Hic summo Praefuit dignus honore jacet. Cui nihil obijciunt, praeter honestum Crimen, quo Regi & Caesari amicus erat.

52. Gabriel eligitur in Aychstadiano Canonico in Episcopum 5. Decemb. anni a nato Christo 1496. Fuit Episcopus egregie doctus, cum summa laude in Germaniae & Italiae Acaemiis tandiu versatus, donec doctoratus titulum consequeretur praefuit Episcopatu Aureatensi prudentissime an. 39. Fuit pacis amantissimus, ac custos diligentissimus: excecavit 1535.

53. Christophorus Marialis a Pappenheyem: eligitur a toto concorditer consentiente Clero in successorem Episcopi Gabriels 14. Decemb. anni a nato Christo 1535. Praefuit annis quatuor. Obiit anno Dominicae Incarn. 1539.

54. Mauricus eximia varietate, multiplici doctrina, incomparabili mortui firmitate, ac plurimarum linguarum absoluta cognitione ornatus, Praepositus summi Herbipolensis collegii, constituitur Episcopus Aureatensis 27. Junii, an. Dom. E. 1539. unanimo consensu omnium Procetum: interfuit Carolini Comitii omnibus.

collegii, constituitur Episcopus Aureatensis 27. Junii, an. Dom. E. 1539. unanimo consensu omnium Procetum: interfuit Carolini Comitii omnibus.

EPISCOPI HILDESHEYMENSES.

1. Hildesheimensis Episcopatus in Saxonibus fundatus ac institutus est primùm a Carolo Magno Galliarum rege, ac Imp. Rom. cum devicto Saxonum magno Duce Vvildekindo, primus religionem Christianam per totam Saxoniam plantaret, & ab Idololatriæ eam erroribus ac cultibus ad veri Dei cognitionem reduceret. Cæpit verò Episcopatus ille non Hildesiae, sed apud Elzium vel Regiam aulam, amoenissimum quandam pagum, in concursu Sala ac Lynii pisculentissimorum fluviorum situm: Ibi prima Cathedralis Basilica suorum Episcopatu constructa est à Divo Carolo M. in honorem Principis Apostolorum sancti Petri, à quo Episcopatus primùm Aulicensis Episcopatus dictus est. Translatus est autem tandem ab Imper. Ludovico Pio Caroli Magni filio ex Regia illa aula trans flumen Lynenlem in locum, quem à caelitus missa nive Hildeshae olim, nunc verò parum immutata voce Hildesheim appellamus. Ibi conditum est ab eodem Opt. Imp. primum templum D. Virginis sacrum, & hinc cepit Episcopus Guntharius, à Carolo Magno antea electus, primus Hildesheimensis appellari, qui antea Aulicensis dictus erat: factumque id est anno Dominicae Incarnationis 814. Praefuit laudabilissime annis uno & viginti, qui antea etiam aliquandiu in aula concionatus fuerat: condidit templum S. Caecilie duabus turribus conspicuum, propè D. Virginis inchoatum prius à Ludovico Imperatore sacellum. Obiit an. Dom. 835. Sepelitur in sacello arcis à se constructae.

2. Remibertus, alius Frembertus, successit Gunthario Episcopo, sed paucis tantum mensibus praefuit, evocatus ex hac in aliam meliorem vitam.

3. Ebo, alius Eppo, Gallus natione: Archiepiscopus Remensis primus, qui ab Imp. Ludovico Pio, ac P. M. Paschali missus, Danos ad fidem Christianam converteri in ejus absentia cum audiret Imperator, eum unum fuisse ex susceptoribus seditionis, in qua ipse à suo filio Lothario captus erat, deiecit eum ex Archiepiscopatu fastigio, Haniburgum igitur ad S. Angaricum Archiepiscopatum confugit, qui cum virtute ac sapientia praestantem virum esse videret, mox ejus miserum, constituit in Episcopum Hildesiam, an. 845. Praefuit ibi an. 12. concionando, docendo, baptizando, & aliis pietatis officiis ad verum Episcopatum pertinentibus, fidelissime. Decessit tandem ex hac vita an. Dom. 877.

4. S. Alfridus Monachus Corbeyensis, Benedictini instituti, sapientissimus ac doctissimus: successit Episcopo Eboni an. Dom. 848. Praefuit laudabiliter an. 28. Conditum novam Basilicam Cathedrali magnificam ac robustissimam, in honorem Dei Opt. Max. ac D. Virginis: quam in forma Monasterii extructam 26. annorum spatio absolvit.

5. Marquardo successit Leutholpho: vir admodum religiose ac innocens vitae, Deo & caelo dignus, teste Cranazio. Praefuit tribus an. fideliter ac pie. Trucidatur Hamburgi à Sclavis, Nordmannis ac Danis in tota Saxonia tum crudeliter graffantibus. Sepelitur in Monasterio Eppkefortensi, an. Dom. 880.

6. VVigbertus insignis & animarum & corporum medicus, & ejus multi adhuc libri de Medicina scripti extant in Bibliotheca Hildesiana: eligitur post martyrio coronatum Marquardum, an. Dom. 880. Praefuit annis quatuor summa cum laude migravit ad meliorem vitam ann. 884.

7. VValdobertus eligitur, mortuo VVigberto. Praefuit summo propagandæ ac illustrandæ religionis Christianae studio, annis 19. Obiit an. Dom. 903.

8. Gebhardus, alius Sigehardus, eligitur an. Dom. 903. Praefuit an. 25. summa cum laude. Omavit suggestum summi templi argenteis laminis. Obiit an. Dom. 928.

9. Diedhardus ex Hirsaugensi Monacho, primùm Abbas Hirsfeldensis factus: cum Abbatiæ fidelissime ac summa cum laude praefuisset, designatus est Episcopus Hildesianus, an. Dom. 928. Praefuit utilissime & utilissime an. 28. Obiit anno 956.

10. Othvinnus eligitur unanimo consensu totius Cleri ac populi Hildesiani in Episcopum, ex Abbate cecobii Pergensis. Praefuit utilissime annis triginta, & obiit anno 985.

11. Oldachus ex Divitis Angiae Monacho, Episcopus Hildesheimensis designatus est, an. Dom. 986. Evocatur eum antea ad Bergensis cecobii gubernationem ex Angienſi Monasterio